AZ,

Google

XI
A.
3.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XL
A
3
NAPOLI

Digitized by Google

FRANCISCI DISSALDEI

CASTELLEROTIANI PICTONIS, MEDICI REGIJ, ET IN MEDICA ACADEmiæ Pariſienſis Facultate Doctoris, animadverſiones, in M. Accij Plauti Comœdias omnes, quibus plusquàm octingentæ maculæ abſtergentur. Dr Gennaro Giannelli

BIBLIOTECA NAPOLI

SALMVRII,
Apud THOMAM PORTÆVM,
1611.

EXCELCISSIMO AC POTENTISSIMO DOMINO HENRICO, D. TREMOLII, Duci Thuarci, Galliæ Pari, Principi Thalmundij, Comiti Lavallij, Guyneorũ, Benonij, Taleoburgi, Monfortij, Quintini, Vicecomiti Rennarum, Baroni Vitriaci, Mauleonij, Mõt-acuti, Bernez-aquei, inſulæ Buccardiæ, Berriæ, &c.

FR. DISSALDEVS, Medicus S. D. & felicitatem.

NOn de nihilo eſt, Illuſtriſſime Tremoli, quòd Plautum & veteres, & recentiores, quotquot poli-

30

A 3

tiore accultiore ingenio extitere, in delitiis habuerint, & ſemper, qui ſedulò Muſas, qui literas, iidem & Plautum ſincerè coluerint. Certè in eo penus eſt abditæ ac remotæ antiquitatis refertiſſimus, fons Latinæ elegantiæ inexhauſtus, urbani atq; ingenioſi ioci perennis ſcaturigo. Tantáque ille dexteritate, dulci utile cõmiſcuit, ut legentem rariſſimè ſatietas capiat, rariùs etiam fugiat doctrinæ atque eruditionis compendium. Propterea ſubinde mirari lubet Horatianum illud faſtidium.

At veſtri proavi Plautinos & numeros, &
Laudavere ſales, nimium patienter utrumque.

At ego inquam, ---- nimium ſapienter utrumque.

Et ſanè Varro, cui tantum judicij tribuit antiquitas, tantum eruditionis, ut pro Latinorum doctiſſimo habitus ſemper fuerit, ei in ſermonibus palmam *tribuit, aitque* Muſas, ſi Latine loqui vellent, Plautino ſermone fuiſſe locuturas. *Nec eo minus acer in critica diſciplina* Gellius, *Plautum dicit eſſe,* linguæ Latinæ decus atque elegantiæ in verbis principem. *Adeò ut non dubitaverit hunc ſecutus Macrobius, Plautum Ciceroni, aut Ciceronem potius Plauto, in Orationis Elegantia, addere comitem, cum* duos eloquentiſſimos *memorat,* Comicũ Plautum, & oratorem Tullium. *Nec ipſe Cicero Plauto meritam laudem invidit, cum eum ait refertum eſſe,* eleganti, urbano, ingenioſo, fa-

ceto iocandi genere. *Quod ſi veteribus illis & recentiores addere licet, quis neſcit, ut majora quæque politioris literaturæ lumina extiterunt, ita & Plautum maximi ſemper feciſſe? Turnebum dico, Scaliger*[redacted], *patrem &* [redacted], *Lipſium,* [redacted] *qui ſolus ex illis omnibus vivit adhuc, &* veſcitur aura Æthereâ, [redacted] *Vt innumeros penè alios taceã clariſſimos doctrinâ viros, qui & hunc auctorem diurna nocturnaque manu verſaverunt, & in eo tum illuſtrando, tum corrigendo præclaram operam navarunt. Norant ſcilicet omnes, in Plauto quidem maximum eſſe eruditionis atque elegantiæ theſaurum, ſed penitiſſimæ antiquitatis tenebris, ac malis librariorum manibus inuſtis maculis, quaſi famoſo illo*

Democriti puteo demerſum, unde ſingulis ſigillatim pro viríli hauriendum eſſet, quod & ſibi & aliis ſitim aliquatenus levaret. Eorum ego exemplo, in Plautinâ olim lectione non infrequens, cum totam adhuc humanioribus literis operam impenderem, ſolebam ad mei libri marginem, quà ex libris, quà ex conjectura, annotare quæ viderentur aut ſenſum facere meliorem, aut orationem comptiorem, aut venerandæ in dictionibus antiquitatis ornatum illuſtriorem. Cum autem ſuperioribus annis, prodiiſſet in lucem magnus ille, atque ex multis concinnatus Taubmani commentarius, viderémque ex illis quæ mihi olim fuerant in mentem, multa annotata, ſed omiſſa adhuc non pauca ſcitu non indigna, movit mihi ſalivam,

fateor, ut quæ pridem mei Plauti margini adſcripſiſſem, in unũ omnia colligerem, ſineremque elabi in vulgus. At ſic non effugiam malignos mordentium dentes. Quid tum? non ſentiam eorum ictus, ita occalluit mea cutis, imò & mens. Livorem ego nõ curo, candidam diſſenſionem, ut ſoleo uti liberè, ita & fero æquo animo. Quæcumque ſcribuntur, in hoc potiſſimum ſcribendi genere, ea ſunt huiuſmodi, ut pauca placeant, quædam non improbentur, reliqua etiam diſpliceant. Ita acuuntur ingenia. Si quid ſum perperam conjectatus, id aſſequantur alij melius, conjectura feliciori. Vidimus & nos paucula hæc in Plauto, poſt tot alios qui jam abierunt in communem locum. Videbunt & ſeri nepotes longè plura.

Poſt tot aliorum ſpicilegia, nunquam deerit in hac ſegete meſsis. In qua palæſtra quidquid ego deſudavi, id tibi dico, condignè. Nam, ſive gentis ac familiæ illuſtre nomen ſpectes, ſive ætatulam in politioribus atq; humanioribus literis adeò provectam, & quod a patre habes, peculiare quoddam urbanitatis atque elegantiæ ſtudium, non eſt cujus Genio Plauti Genius melius commendari poſſit, qui, ex Sidonij Apollinaris teſtimonio, Graios etiam ſales lepore tranſit. *Hoc igitur opus ama, non tam meâ, quam Plauti cauſsâ, qui tibi procul dubio hoſpitalitatis nomine juſta cumulatiſſimè perſolvet. Vale.*

FR. DISSALDEI MEDICI REGII ET IN MEDICA ACAdemiæ Pariſienſis Facultate Doctoris animadverſiones in Amphitruonem Plauti.

Argumento altero verſu ſexto.

Turbas uxori ciet Amphitruo: atq; invicem Raptant pro mœchis. Blepharo captus arbiter, &c.

SVſpectus mihi hic locus fuit, quia non maritum ſuum Alcumena adulterij accuſat, ſed maritus uxorem. Scena *Benè proſpereq;*

Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,

Atque inſimulabit eam probri,

Probri, id eſt, ſtupri. Vide, Scenam *Satin' parva res eſt.*

Propterea legebam ------- *atque indidem*

Raptat pro mœchâ. Blepharo,&c.

*I*ndidem, ἔπειτα, ἐντεῦθεν, τότε. At, ſi inſititiæ illæ Scenæ aliquot pro legitimis habeantur, nihil erit immutandum, atque illud ----- *invicem Raptant pro mœchis*, audiẽdum erit de Amphitruone & *I*ove, non Amphitruone & Alcumena. Lege Scenam, *Quis tam vaſto impete* Certè videtur hoc argumentum, præfixum Comœdiæ poſt inſitas illas Scenas. Alioquin falſum quod ait, Blepharonem captum arbitrum. Nam, ex legitimis, non Blepharo ſed Naucrates arbiter captus inter uxorem & virum. Ex illegitimis verò, caſu occurrens Amphitruoni Blepharo, iudex conſtituitur inter Amphitruonem & *I*ovem, ut decernat uter ſit verus Amphitruo.

Prologo verſu 39 -----meruimus

Et ego & pater, de vobis & republicâ.

*I*tem Actus *I*. Sc. *I*. v.8. -----*ita*

Peregre adveniens, hoſpitio publicitus accipiar.

Manuſcripti Langii habent *repuplicâ* & *puplicitus.*

Scribendum *repoplicâ* & *poplicitus*. *I*ta

enim loquebantur veteres, reſpoplica, quaſi res populica ſive popularis. Multa alia apud Plautū novè ſcripta, quod nolim. Suus antiquitatis decor ſervādus eſt, cùm in verbis, tùm inſcripturęmodis Quod eos ſemel monitos velim, qui nobis Plauti fabulas edē das curant. Certè illas antiquitatis ſuæ ſplēdore micantes videre geſtio.

Verſu 85.

Eis ornamenta & corium uti conciderent:

Cur ornamenta conciderentur in choragi, non in peccantis hiſtrionis detrimentum? Lego.

Eis ora, menta, & corium uti conciderent.

Certè hiſtriones, ſi quid deliquerant, poſitis ornamentis pœnas dabant. In fine Ciſtellariæ.

Vbi id erit factum, ornamenta ponent, poſtidea loci
Qui deliquit vapulabit, qui non deliquit bibet.

Pluraliter dixit *ora* & *menta* ut Virgilius

Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,
Ora manuſque ambas.

Idem, --- *incanaq; menta,*
Cyniphij tondent hirci.

Item alias ---- *noſco crines incanaq; menta.*

Scio vulgatam lectionem exponi a Lambi-

no. Sed non placet, τὸ *conciderent* fungi duorum diſparatorum vice, *veſtitu ſpolient*, &, *tergum loris diſcindant*.

Scena, *Qui me alter eſt*. v.22.

ME. *Satius eſt me queri illo modo ſervitutem hodie,*

Qui fuerim liber, eum nunc potiuit pater ſervitutis, hic qui verna natus eſt queritur.

Lego *Qui fuerim liber, cũ nunc potivit pater Servitutis.*

Ait Mercurius æquius eſſe, ſe de ſervitute queri, qui ſit à patre ſervus factus, quam Soſiam qui ſit ſervus natus. Nam præter quam quod memoria libertatis graviorem ſervitutẽ facit, certè ſemper viliores habiti ſervi nati quam facti, ut, contrâ, libertini pluris æſtimati quàm liberti ſive manumiſſi. Adde quod á patre in ſervitutem redactum fuiſſe, altera eaque potiſſima querelæ cauſa eſt. *Potiuit* h,e, compotem fecit. Sic & Rudente *Compotivit*.

Piſcatu novo me uberi compotivit.

Tò *eum*, interpretatur Pareus. Sed quis Iudicet *aurem mordaci lotus aceto*.

In Clarigatione illa legatorum ad Teleboas, v. 51.

Si ſine vi, & ſine bello, velint rapta & raptores tradere,

Si quæ aſportaſſent redderent, ſe exercitum extemplò domum
Reducturum, abituros argos Argivos, pacem atque otium
Dare illis. Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petat,
Seſe igitur ſummâ vi viriſq; eorum oppidum expugnaſſere.

Verſu quinquageſimo tertio, pro *abituros argos Argivos*, Manuſcripti Langiani habent, *abituros agro Argivos*. Rectè, non enim illi redituri erant Argos, ſed Thebas in Prologo.

Hæc urbs eſt Thebe, in illiſce habitat ædibus
Amphitruo, natus Argis ex Argò patre.

Vnde etiam patet, quare Argivos dicat pro Thebanis, nempe quia ſequebantur Argivum ducem, Amphitruonem. Dixerat ſupra.

Nam cum Telebois bellū eſt Thebano poplo.

Vide & verſum 35 huius Scenæ. Ergò, abituros agro Argivos, eſt, è Teleboarum finibus diſceſſuros. Niſi malis delere τὸ Argivos, ut gloſſema τοῦ Argos, ut ſit ſenarius eliſò, S, in fine τοῦ abituros. Sed illud puto rectius, & ita reſtitutum eſt à Pareo ex Mſſ. Camerarii.

V. 58 -*magnanimi viri, freti virtute & viribus,*
Superbe nimis, ferociter legatos noſtros increpant.

Mſſ. Lang. pro ferociter legunt *ferocitus.* Vide apud Priſcianum, huius terminationis alia adverbia plurima.

V. 196. So. *Benè facit, quia nos eramus peregrè, tutatu'ſt domum.*

Mſſ. Lang. habent ----*tutatu'ſt domi* Lego
Benefacit, quia nos eramus peregri, tutatu'ſt domi.

Vt ſibi invicem reſpondeant peregri & domi. Sic initio Prologi,
Et ut res rationeſque voſtrorum omnium,
Bene expedire voltis, peregreq; & domi.

Legendum, *peregriq; & domi.* Monet Chariſius, peregre ad locum ſignificare, peregri in loco. Priſcianus tamen ait peregre & ad locum, & in loco, & de loco, & per locum ſignificare, ut peregre ſum, peregrè abeo, peregre advenio, peregre tranſeō.

V. 225: ME. *Etiam mutis? So. iam tacebo, &c.*

Mſſ. *muttis*, gemino tt.

Sic Sc. *Bene vale Alcumena.*
Quid tibi hanc curatio eſt rem, verbero, aut muttitio.

Non mutitio & ita ſemper. Quod & Gruterus melius putat.

V. 242.

Tu me vivus hodie nunquam facies quin ſim Soſia.

Correxeram, *Tu, me vivo, hodie, &c* quod poſtea ſcriptum reperi in Sambuci Codice. Sed malè. Adſcribenda eſt perſona MER. Vt eſt in aliis Codicibus. Mercurius Soſiæ mortem minatur, ſi pertendat eum non eſſe Soſiam.

V. 276.

So. *Mira ſunt, niſi latuit intus illic in illac cirneâ.*
Factum eſt illud, ut ego illic vini cirneam ebiberim meri.

Horum verſuum alter alteri præponitur in Mſſ. Lang. ſic

So. *Factum eſt illud, ut ego illic vini cirneam ebiberim meri.*
Mira ſunt niſi latuit intus illic in illac cirneâ.

Meliore certè & liquidiore ſenſu: & idem probat Gruterus ex Mſſ. Camerarii.

V. 302.

An egomet me illic reliqui, ſi forte oblitus fui?

Legebam,

An egomet me illic reliqui? Sic: forte oblitus fui.

Sic, h, e, ita eſt, nec forte commemini.
Alii aliter, nec m. lè.

Sic, reſponſiva quandoque particula eſt, eaque affirmans Cic. Philipp. 4.
Viſne igtur te inſpiciamus a puero? Sic, opinor.
Sic, etiam, *vai*

Scena, *Benè uale Alcumena.* v. 10.

A L. *Ecaſtor te experior, quāti facias uxorem tuam.*

Douza legit *Ecaſtorre experior.* Ego opinor rectum eſſe te experior quanti facias. *te* παρέλκει. & ſic loqui amat. Sc. *Age i tu ſecundum.*

Am. *At te ego faciam hodie, proinde ac meritus es,*
Vt minus valeas & miſer ſis.

Aſinaria *Sc. Siccine hoc fit.*
Ego edepol te faciam, ut quæ ſis nunc, & quæ fueris ſcias.

Et ſexcenta tanta apud hunc Comicum. Vide notas ad Caſinam Sc. *Obſignate cellas.* v. 9.

Scena. Age i tu ſecundum, v 21.

Am. *Rogas ne improbe etiam, qui ludificas me?*

Mſſ. Langii, *qui ludos facis me*, formula loquendi Plauto per quam familiari, alioquin

legerem *qui ludifacis me*, ut ſæpe aliâs. Nam veteres dicebant ludificare & ludifacere, ædificare & ædifacere.

Verſu ſequente.

Merito maledicas mihi, ſi id ita factum eſt.

Mſſ. Lang. *Merito maledicas mihi, Si id non ita factum eſt.*

Recto ſenſu. Prius ego correxeram, *maledicas mi, niſi id ita factum eſt.* Ex *mihi ſi* feceram *mî, niſi.*

V. 37.

Salvus domum ſi rediero iam.
Sequere ſis, herum qui ludificas dictis delirantibus.

Melius diſpungunt Mſſ. Lang.--- *Si rediero, jam*
Sequere ſis herum qui, &c. ita & Pareus diſpunxit.

V. 43.

So. *Amphitruo, miſerrima iſthæc miſeria eſt ſervo bono,*
Apud herum qui vera loquitur, ſi id vi verum vincitur.

Lege ex Mſſ. Lang. *Si is vi verus vincitur,* id eſt ſi cum vera dicat, vi cogatur veritatem abnegare, eamque libere profiteri non au-

audeat, quin arguatur ut mendax.

V. 73.

AM.*Sed quid ais? num obdormiviſti dudum?*
So. nuſquam gentium.

Dudum, h. e. modò. Sed malim *num obdormiuiſti? dic dum? So. nuſquam gentium.*

Verſu ultimo,

Am. *Vtinam dî faxint infecta dicta re eveniant tua.*

Quid hoc eſt? dicta tua eveniant infecta re. Certè in elaborata hæc non benè concoquo. Numquid melius? *infecta dicta & eveniant tua.* id eſt, compareas mendax, ut ſcilicet mihi pœnas luas.

Scena. *Satin parva res eſt voluptatum* v. 128.

Am. *Tun' me heri adveniſſe dicis? Al. tun' te abiiſſe hinc negas?*

Am. *Ego enimvero, et me adveniſſe nunc primum aio ad te domum.*

Legebam ex Sambuci libro. *Nego enimverò*, & quis negabit hanc veram eſſe lectionem. Verum hoc & alii adnotarunt & Pareus reſtituit in editione ſua.

V. 182.

Al. *Obſecro ecaſtor cur iſtuc mi vir ex ted' audio?*

Mſſ. Lang. --*Ecaſtor, quî iſtæc mi vir, &c.* non malè.

V. 192.

Am *Proh dì immortales,cognoſcin' tu me ſaltem Soſia?*

Mſſ. Lang.---- *tu me ſaltim Soſia?* & ita ſæpe, i, pro, e, veteri more, ut contra etiam in multis,e, pro,i, uſurpabant. Sic mantele pro mantile,delerus pro delirus,amecus pro amicus.

V. 297.

So. *Neſcio quid iſtuc negotij dicam,niſi quiſpiam eſt.*

Mſſ. Lang.---*niſi ſi quiſpiam eſt*, Eleganter. Sed ut verſus conſtet tetrameter trochaicus, lege *negotî*.

Verſibus ſequentibus.

Amphitruo alius, qui forte te hic abſente, ſic tamen
Tuam rem curet.

Mſſ. Langii non habent *ſic*. Lego.

----- *qui forte te hinc abſente,tamen Tuam,* &c. vel.

---*te hinc abſente,hic tamen tuam, &c.*

Scena *Durare nequeo*. v. 1.

Al. *Durare nequeo in ædibus, ita me probri, Stupri, dedecoris, a viro argutam meo?*

Diſtinguo & lego.

Durare nequeo in ædibus, itan' me probri, Stupri, &c.

V. 13. *Atq; ille dudum meus amor negotium*
Inſonti exhibuit. nunc autem inſonti mihi,
Illius ira in hanc & maledicta expetent,
Lego. *Atque illi dudum, &c.*
Illi inſonti Amphitruoni,ut reſpondeat ei quod ſequitur,inſonti mihi, ex antitheſi.

V. 22, IVP. *Nimis verecunda es. Al. potin' ut abſtineas manum?*

Lege ex Mſſ. Lang.--- *potin' es ut abſtineas manum?* Vt ſit tetrameter Iamb. uno pede deficiens, qui habeat in ſexta ſede anapæſtum.

V. 39.---*Iup. Si quid dictum eſt per iocum,*
Non æquum eſt id te ſerio prævortier.

Taubmano *ſerio* eſt adverbium, ut ſit ſeriò prævortier, ſeriò accipere. malè, opinor. Ait Iupiter non eſſe æquum, ſi quæ ipſe per iocum dixerit, Alcumena prçhabeat ſeriis verbis quibus nunc eam alloquitur. Prçvortier activè poſitum, ut alibi viderier pro videre. Vide notam ad v. 45. Scenæ, *Ibo in Piræum.* Bacch. Eſt autem ea verbi acceptio. Supra Sc. *Bene vale Alcumena.*

Ne me uxorem prævortiſſe dicant præ republicâ. Mercatore.

Ita mœrores mî antevortunt gaudiis.

Mil. Glorioſo.---*jam iſti rei prævortemur.*

V. 50.

IVP. *Mane, arbitratu tuo juſjurandum dabo,*
Me meam pudicam eſſe uxorem arbitrarier.
Id ego ſi fallo, tum te, ſumme Iupiter,
Quæſo Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.

Mſſ. Langii habẽt. *Id ego ſi falſo, tum te, &c.* Fortaſſe rectè ut τὸ falſo vel adverbium ſit, (ſi id ego juſiurandum falſo dedero) vel verbum, falſo pro fefellero.

V. 62.

Bis tantò amici ſunt inter ſe quàm prius.

Lambinus ſubaudit, *magis*. Fruſtra opinor, Bis tanto magis amici ſunt non aptè ſonat, tantò quàm. non malè. Sic Galli dicimus, *Ils ſont deux fois autant amis qu'auparavant.* Ita locutus eſt Mercatore. Sc. *Profecto ego illunc hircum.*

Immo bis tantò valeo quàm valui prius.

Ie ſuis deux fois auſſi ſain qu'auparavant.

V 68. - --- IVP. *evocate huc Soſiam,*
Gubernatorem qui in meâ navi fuit
Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat.
Is adeo impranſus ludificabitur.

Vltimo verſui Ianus Gullielmius addit, *dolis*, quia in Mſſ Lang. ſcriptum ſit *ſolus*, & ſit alioquin verſus imperfectus. Sed quibus dolis ludificatus eſt Blepharo? Ego nihil

addendum puto, & *to ſolus* MſſLangii, delendum eſſe, ut pote quod margini adſcriptum fuerit ab aliquo qui ſcibat hic ſolum ſecum Iovem loqui. Et quidni verſus hic erit pentameter iambicus, aut, ſi mavis, ſenarius deficiente pede, ſive dimeter pede redundante? Vt apud Terent. Andria, Act. I. Sc. v,

Prô Deûm atq; hominũ fidem, nullo ne ego,

Et Act 4. Sc. I.

Hoccine credibile eſt aut memorabile.

Quod ſi ſit perficiendus Senarius, malim legere, *ludificabitur probe*, Vt Sc ſequente, *faxo probe Iam hic deludatur.* Item,

Sed eccum Amphitruonem, advenit, jam illic deludetur probè.

Scena, *Amphitruo aſſum.* v. 10.

IVP. *Habui expurgationem, facta pax eſt.* So. *Optume eſt.*

Mſſ Lang. hoc tribuunt Alcumenæ. Ego ſic diſtinguo

Alc. *Habui expurgationem. IVP. facta pax eſt* So. *optume eſt.*

Vide notam ad Mercatorem. Sc *Quaſi tu nunquam*, v. 4.

Scena. *Concedite, atque abſcedite.* v. 25.

Dein

Dein ſurſum aſcendam in tectam, ut illũ hinc prohibeam.

Mſſ. Lang. *Suſum aſcendam.* Suſum à ſimplici eſt ſus. *Sus déque habere.* Quod & in compoſitis ſurſum ſignificat, ut apud Senecam epiſtola 54. *Suſpirium* ὀϱθόπνοια eſt. a ſurſum ſpirando. *Vni tamen morbo,* (inquit) *quaſi aſſignatus ſum, quem quare Græco nomine appellem neſcio. Satis enim aptè dici ſuſpirium poteſt.* Quo verbo non ſoli veterinarii, ut ait Lipſius, ſed & Plinius uſus eſt. Et Cœlius Aurelianus cap. 1. lib. 3. tardarum paſſionum. Sed non video cur dubitet Lipſius, utrum Seneca per ſuſpirium ἄσθμα voluerit exprimere, an ὀϱθόπνοιαν, quòd ſit in hoc plus aliquid quàm ἄσθμα, & minus quam ὀρθόπνοια in brevitate. Nimirum quia ſcripſit Seneca, brevem hunc impetum, & procellæ ſimilem, intra horam ferè deſinere. Non enim hoc prohibet, quo minus ſuſpirium ſit ὀρθόπνοια, cùm non differat hæc ab aſthmate diuturnitate, ſed intenſione anhelitus, unde fit ut non niſi erectus ægrotus poſſit ſpiritũ ducere, a quo ſymptomate factum ὀρθοπνοίας nomen eſt. Nam ſi, ut fit, flatuoſa multa materia eſt pituitæ miſta, quæ ὀρθόπνοιαν facit, cur non eius impetus hoc eſt παϱο-

ξυσμὸς, intra horam deſinet, paulo poſt repetiturus? Multo minus placet Mercurialis coniectura cap 16. lib 6. Variarum. Senecæ ſuſpirium, eſſe cordis palpitationem. Conſtat enim Senecam, per ſuſpirium, voluiſſe exprimere Græcum vocabulum, non quidem παλμὸν τῆς καρδίας, ſed ὀρθόπνοιαν, nam quid magis accedit ad ſuſpirium? Sed & illa Senecæ verba, *Facit aliquando ſpiritus ille quod ſæpe conatus eſt*, ſatis indicant, eum de eo morbi genere loqui, in quo cohibitus diu ſpiritus prorumpat tandem, & foras liberiùs prodeat, non quidem ſemper, ſed *ferè intra horam*. Verum hanc litem optimè dirimet Xiphilinus in Caligula qui ait Senecam phthoë laboraſſe. Ὁ δὲ δὴ Σενέκας ὁ Ἄννιος Λούκιος, ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπεράρας, διεφθάρη παρ' ὀλίγον, μήτ' ἀδικήσας τι, μήτε δόξας, ὅτι δίκην τινὰ ἐν τῷ συνεδρίῳ, παρόντος αὐτοῦ καλῶς εἶπε. τοῦτον μὲν οὖν ἀποθανεῖν κελεύσας, γυναικί τινι ᾗ ἐχρῆτο, πιστεύσας, ὅτι φθόην τε ἔχοι κακῶς, καὶ οὐκ ἐς μακρὰν τελευτήσοι. Eſt autem φθόη, pulmonum morbus, non cordis παλμός.

In additamentis illis. *Sc. Dì voſtram fidem*, v. 40.

---50. *Vetu' ſt adagium, fames & mora Bilem in naſum conciunt.* BL. *verum quidem è loco compellemus*,

Alacre Amphitruo, &c, Malim, *virum quidem elocos, &c.*

Virum, id eſt, Amphitruonem. Niſi verum antique ſcriptum velis, pro virum, ut amecus pro amicus, delerus pro delirus.

Verſu ultimo

Am. *Recte mones, eamus, te aduorſum uxori etiam advocatum volo.*

Lego, --- *eamus. te advorſum uxorem etiam adv.* id certè ſenſus poſtulat.

Scena, *Quis tam vaſto impete.* v. 2.

------*quem, ſi comperero,*

Telebois ſacruficabo manibus, nihil eſt, ut dici ſolet,

Quod hodie benè ſuccedat mihi &c.

Sic diſtinguo.

Telebois ſacruficabo manibus. Am. *nihil eſt,* &c.

Prior loquitur Iupiter, qui Amphitruo ſubdititius, domo egrediés; Deinde verus Amphitruo, qui modo diſceſſerat à Blepharone & Soſia *Ita* poſtea reperi in V.C. V 34 Am. *Paratâ navi, clavo hæreres ſedulo.* IVP. *Vt ſi noſtri fugam facerent, illuc me tutò reciperem.*

Am. *Item aliud. ut benè nummatum ſervaretur marſupium.*

Sic diſtingue meo periculo.

---- *hæreres ſedulo,*
Vt ſi noſtri fugam facerent, illuc me tuto reciperem.

BLE. *Item aliud.* AM. *Vt benè nummatum ſervaretur marſ.*

Cæcutiunt, qui non vident hæc ita fuiſſe diſponenda.

Scena, *Spes atque opes.* v.4.

Iam ut opprimar, ut enecer, me miſerũ, etc.

Mſſ. Langii, *Vt enicer.* Sic reſtituenda multis locis vetus ſcriptura, quod iam ſupra monui.

V. 14. *Exurgite, inquit, qui terrore meo occidiſtis præ metu.*

Mſſ. Lang. habent, *corruiſtis præ metu,* Quod ego eſſe exiſtimo interpretamentũ τ', *occidiſtis.* Eſt enim hoc accipiendum primario & ſimplici ſenſu, ab *ob*, &, *cadere,* quia non illi erant occiſi, ſed conſternati. Eodem ſenſu poſuit Plautus in Rud. *Et alia ſigna de cœlo ad terram occidunt.* Ita & ſol occidere dicitur.

V. 32. ---- AM. *at me uxor inſanum facit*
Suis fœdis factis. BRO. *at ego faciam, tu idem aliter prædices.*

Mſſ. Lang. *faciam idem ut aliter prædices.* Malim, *faciam idem ut tu aliter præd.* Ita melius conſtabit verſus.

V. 36. *Omnium primò, Alcumena geminos peperit filios.*

Mſſ. Lang. *Omnium primùm Alcumena,* Rectè. Sic ſuprà

Omnium primùm, qui ſit Soſia hoc dici volo. Moſtell.

Omnium primùm, ſodalem me eſſe ſcis tuo gnato.

Scriptum erat antiquè *primem* Non convenit cum Ovidio, cum dicit Alcumenam peperiſſe ſine doloribus. Vide fabulam 5. lib. 9. Metamorphoſeωn, ubi ait Alcumena.

Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,

Feſſa malis, &c.

V. 50. *Poſtquàm peperit pueros, lavere iuſſit nos, occœpimus.*

Mſſ. Lang. *lavare iuſſit.* Vt ſit octonarius Iambicus, acatal.

Verſu ſequente.

Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus eſt, & multum valet.

Paulò melius. Mſſ Lang. ----- *ut magnus eſt! ut multum valet.*

Scena, *Bono animo es.* v 9.

Eorum alter, noſtro qui eſt ſuſceptus ſemine.

Mſſ. Lang. ---- *qui eſt conceptus ſem. For-*

taſſe melius. Aliud enim conceptio eſt, aliud ſuſceptio. Conceptio, propriè ſeminis primus uteri actus in generatione. Suſceptio, in lucem editi pueri. Opus parentum, qui natos manibus ſuſcipiunt atque è terra tollunt, ut oſtendant, velle ſe eos ali atque educari.

IN ASINARIAM.

PRologo, v. 11. *Demophilus ſcripſit, Marcus vortit barbarè.*

Mſſ. Langii, *M. Accius vortit b.* optimè. Sed ut verſus conſtet, Marcus, pronunciandum non eſt, & elidenda litera s, in Accius, ſic, *M. Acciu' vortit barbarè.* Barbarè, h. e. latinè. Hæc enim fabula Gręca eſt. Gręci autem, omnes alias gentes, barbaras vocabant. Vide Feſtum in *Barbari*. ibi & hunc verſum citatum reperies, in eum modum quo à nobis eſt correctus ex Mſſ Lang.

V. ultimo. *Vt vos ita aliâs, pariter nunc Mars adiuvet.*

Optimè vetus Codex,

Vt vos item alias, pariter nunc Mars adiuvet.

Scena, I. v. 24. *Vbi ſit polenta te fortaſſe dicere.* LI. *ah.*

Ah, non eſt hic interiectio dolentis, ſed averſantis. Et fortaſſe melius Mſſ Langii, qui habent *hat.* Niſi quod *ba*, vel, *bat*, legendum exiſtimo, ut Pſeudolo. CA. *quid opis eſt? Pſ. potin aliam rem ut cures?* CA. *at. Pſ. bat.* CA *crucior. Pſ. cor dura.* Sic Galli, cum alicuius importunè obloquentis verba averſamur, *ba-bou*, dicimus.

V. 67. *Quanquam illum mater arctè contentéque habet.*

Mſſ. Lang. ἀρχαϊκῶς ſcriptum habent. *artè contentéque.* Sic Sticho, *Si artè poteris accubare.* GE. *vel inter cuneos ferreos,*

Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci.

Scena, *Siccine hoc fit*. v. 10.

Ingrata atque irrita eſſe omnia intelligo
Quæ dedi, & quod benefeci: ac poſthac tibi
Malè quod potero facere, faciam, &c.

Melius Mſſ Lang -- *benefeci: at poſthac tibi,*

Scena, *Vnum quodque iſtorum*, v. 16.

Modo quidem accepiſti; haud multò aliquid poſt quod poſcas paras.

Rotundior ſententia eſt in Mſſ. Lang.

Modo quid accepiſti: haud multo poſt aliquid quod poſcas paras.

Graphicè depingit meretricum mores.

V. 37. *Nunc quia nihil habes, maledictis tu eam ductare poſtulas.*

Diſtingue & lege adiuvantibus Mſſ. Lang. --- *malè dictis te eam ductare poſtulas.* Poſtulas te ductare, ex elegantiis Plautinis eſt. Ait amantem fruſtra ac nequicquam velle amicam verbis ductare, non donis.

V. 75. LE. *Remeato audacter, mercedem ubi eris nactus, nunc abi.*

Lege ex Mſſ. Lang. --- *mercedem ſi eris nactus. Si*, h, e, quandò, ubi. Si coniunctio cum verbo indicativo iuncta, rem magis indubitatam facit, auctore Priſciano.

V. 81. *Habeo unde iſtuc tibi quod poſcis dem, ſed in leges meas Dabo*, &c.

Malim legere ex Mſſ. Lang. --- *in leges eas Dabo.*

Scena, *Ubi ego nunc Libanum.* v. 11.

L I. *Largitur peculium omne, in tergo theſaurum gerit.*

Mſſ. Lang. habent--- *peculium, omnem in tergo thenurum gerit.*

Fortè veſtigium veteris ſcripturæ, *omnẽ in tergo thenſurum gerit.* Thenſurum, h, e, theſaurum, v, longum pro diphthongo au, ut cludus, claudus. Tum autem veteres in multis inſerebāt, n, Vt in fruniſcor

pro fruiſcor, formonſus pro formoſus apud Varronem c.2.& 9 lib.2. de re Ruſtica, & in vett. Epigramm. Lingna pro ligna apud Catonem c 7. de re Ruſt. in veteribus exemplaribus. Sic ergo & thenſurum pro theſaurum.

V. 23. *Non placet, pro monſtro ex templò eſt, quando, qui ſudat, tremit.*

Melius mſſ. Lang. --- *pro monſtro exemplũ eſt.* Deſumptum ex Hippocrate noſtro, Ἐπὶ ἱδρῶσι φρίκη οὐ χρηστόν.

V. 59. Li. *Quin rem actutum ediſſeris? cupio malum na: ciſcier.*

Mſſ. Lang. *ediſſeras.* Ex quo ego facio, *ediſſertas.*

V. 61. *Me ex curſura anhelitum etiam ducere?* Li *age, age, manſero,*

Mſſ Lang. ---------- *anhelitum etiam trahere?* Significantius, nam plus eſt trahere quam ducere. Ait ſe ex curſurâ πνευστιᾶν καὶ ἀσθμαίνειν. Cave, quod non pauci faciunt, anhelitum accipias pro ſimplici ſpiritu aut reſpiratione. In omni enim anhelitu δύσπνοια eſt. Virgilius,--- *& ſenibus medicatur anhelis.* h, e, aſthmate & ſpirandi difficultate laborantibus. Plautus Epid. *Animo male eſt, accipiam anhelitum.* Gloſſarium vet. *Anhelans,* πνευστιῶν, h, e, ſpiritans ſive

frequentem ſpiritum ducens, atque ut eſt in epigrammate veteri.

Καὶ θλιμαὶ, δυσκελάδοις ἄσθμασι, πνευστιόων.

In Onomaſtico Argentorati edito, Anhelator, ἀσθματικός. Anhelo, ἀσθμαίνω. Videtur tamen Plinius c.7. lib. 9. nat. Hiſt. anhelitum pro ſimplici ſpiritu accepiſſe. *Quoniam ſine eo* (pulmone) *nullum animal putatur ſpirare. Nec piſcium branchias habentes, anhelitum reddere ac per vices recipere exiſtimant, quorum hæc opinio eſt.* At non ita eſt. Nam re vera piſces omnes qui ſpirant, cum difficultate & valido quodam motu, inſpirationes & exſpirationes moliuntur, ut annotauit Rondeletius cap 11. lib. 3. de piſcibus. Tùm autem, quod eſt in vet. Gloſſ. Græcolat Πνέω ζῶ, ſpiro, anhelo, puto eſſe inemendatum, & illud anhelo, ex proximâ viciniâ, migraſſe in hanc ſedem, ſcriptum enim fuerat, πνευστιῶ, Anhelo. Πνέω ζῶ, Spiro. Nec ullus eſt, opinor, qui dicat, Anhelo, rectè exprimere ὁ πνέω quod eſt ζῶ, neq; ab ullo quod ſciam auctore uſurpatum.

V. 14 *Nihilo magis intus eſt.* Mſſ. Lang. *Nihilo mage.* Rectè.

Scena, *Quid hoc eſt negotij*, v. 2.

Libanum in tonſtrinam, ut juſſeram venire, is nullus venit.

Lege ex Mſſ. Lang. --- *in tonſtrinam iuſſeram ven.* &c. delendo τὸ *ut.*

V. 21. *Nihil eſt: tanquam ſi claudus ſim, cùm fuſti eſt ambulandum.*

Mſſ Lang. habent, --- *tanquam ſi cluſus ſim cuſuſti ſt amb.*

Reſtituo veterem ſcripturam --- *tanquam ſi cludus ſim, cum fuſti 'ſt ambulandum.* Cludus, claudus, verſa diphthongo in v, longum.

V. ſequente,

Quia triduum hoc unum modô foro operam aſſiduam dedi, abſens.

Mſſ. Langii omittunt, *abſens,* vocem certè quæ hic nulli rei eſt. Sic manebit verſus tetrameter catalecticus, quales alij.

V. 25. *Hem ergo hoc tibi.* Li. *hoſpes te obſecro defende,* &c.

Mſſ. Lang. habent, --- *oſpes te obſecro.* ἀρχαϊκῶς, nam veteres non aſpirabant. Iidem, Mſſ. Scena, *Perfidiæ laudes. Vbi oſpitem inclamavit.* Iidem ubique *eres* pro heres habent, & *erus* pro herus.

Verſu ab hoc proximo --- Le. *eho, ecquis pro vecturâ olivi*

Reſoluit? Li. *reſolu it.* Le. *cui datū eſt?* &c

Lege ex Mſſ Lang. *Reſoluit?* Li. *reſolui.* Le. *cuidat.*

Reſpondet enim Libanus ſe ipſum reſolviſſe.

V. 29 *Neque eo eſſe ſervum in ædibus heri, qui ſit pluris quàm ille eſt.*

Τὸ eò neceſſe eſt eſſe adverbium loci, *tò in ædibus*, ſed quid opus eſt? Sic lege ex vet. Cod.

Neque eſſe ſervum in ædibus heri, qui pluris quàm illic ſit.

Vt ſit tetram. Catal.

V. 38. Le. *Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, rettulit ne?*

Li. *Non etiam.* Le. *hem non? ſi velis da, commoda homini amico.*

Puto Plautum ſcripſiſſe, --- *ſi velis dare, commoda homini amico*, quaſi dicat idem eſſe dare & commodare amicis; quòd ſcilicet rarò reddant commodatum.

V. 44. *Non hercle te provideram, quæſo ne vitio vortas,*

Ita iracundia obſtitit oculis.

Mſſ. Lang, *obſtit oculis.* Fortaſſe rectè, obſtit pro obſtitit; Præteritum à præſenti formatum, ut multa alia apud veteres. Vel obſtit pro obſtat, ut ſit obſto, obſtis, obſtit, in tertia conjugatione. Sic Caſina, Scenâ,

Vide fur ut ſentes, pro *niſi reſiſtis*, MſſLang. habent niſi reſtis, id eſt reſtas, ſive manes.

V. 65. LI *Malo hercle iam magno tuo, nunc iſti nec recte dicis*

Impure, nihili, non vides iraſci? LE. *perge porrò,*

Mſſ. Langii melius, - -- *magno tuo, ni iſti nec recte dicis.*

Nec-rectè, id eſt malè. Feſtus. Sed ita diſtinguendæ perſonæ.

LE. *Malo hercle iam magno tuo, ni iſti nec-rectè dicis.*

LI. *Impure, nihili &c.*

V. 68. *Malum herclè vobis quæritis.* LE. *crura hercle diffringentur,*

Age impudice, ni iſtum impudicum percies. LI. *perij hercle.*

Sceleſte, non audes, mihi ſceleſto ſubvenire?

Mſſ. Lang.--- *crura herclè diffringentur*

Ni iſtum impudicum, &c.

Et certè, quid huc, malùm, obtorto collo introductum eſt illud, *age impudice?* Sic repone, LE *crura herclè diffringentur,*

Ni iſtum impudicum percies, LI. *perij hercle, age impudice.*

Sceleſte, non audes mihi ſceleſto ſubvenire?

Ita & Pareus repoſuit, ex libris ne an ex coniectura neſcio. Vide Lipſium de crurifragio, in lib. de cruce. *Percies*, h, e, eum clara voce proclamas impudicum.

Bacchid. *Quid hoc negotij eſt, Piſtoclerum*
Lydus quod herum tam ciet?

Hinc frequentativum *citare*.

V. 78 LE. *Quid verbero, ain tu furcifer? herum noſmet fugitare cenſes?*

Mſſ. Lang.—*herum nos fugitare cenſes?*

Scena, *Nequeon' ego te*. v. 25.

Ante id expectare oportet, ſi quis promittat tibi,
Te facturum divitem, ſi moriatur mater ſua?

Lege ex Mſſ. Lāg. *An ted' expectare oportet*.

Scena, *Cur me retentas*, v. 5.

PH. *Acerbum funus filiæ facit, ſi te carendum eſt.*

Melius Mſſ. Lang. *Acerbum funus filiæ faciet ſi te car.* Acerbum funus, h, e, immaturum, metaphorâ ductâ ab acerbis fructibus, & auſteris Amphitruone.

Qui multa Thebano populo acerba obiecerunt funera.

V. 33. LE. *Philenium ſalve*. PH. *dabunt dî quæ velitis vobis.*

V. E.— PH. *diunt dî quæ v*. Lege, *duint dî quæ velitis.*

V. 105. LI. *Dic igitur me tibi anaticulam. columbam, vel catellum,*
Hirundinem, monedulam, putillum paſſerculum, puſillum.

Ex Mſſ. Lang. & vet. Cod dele *puſillum*, eſt enim gloſſema τ͂ putillum, quod è margine tandem irrepſit in textum. Eſt autem in voce putilli laſcivia, ad quā hic alludit. Nam puta πόσθη eſt, unde præputium, προπόσθιον, Gloſſ. vet. Puti, μικροί, Putus, μικρὸς, πωλὸς. A puto autē ὑποκοριστικῶς fit putillus. Erat & *puſus* parvus puer, unde puſio, & puſillus.

V. 107. *Circumdatóque me brachijs, meum collum circumplecte*

Mſſ Langii non habent, *me*, & hic certè nulli rei eſt. Sic ergo reſcribè,

Circumdatoq; brachiis meū collū, circūplecte,

Scena, *Agedum, iſtum oſtende*, v. 10.

PA. *Addone?* DI. *adde; ut ſcribas vide planè & probè.*

Mſſ. Lang.---*adde, & ſcibas vide pl.* Verſu ſequente.

PA. *Hominem alienumque intromittat neminem.*

Rotundius Mſſ Lang.

Hominem alienum intromittat neminem. omiſſo, *que*. Homo non eſt maſculus tan-

tum, ſed & fœmina. Propterea addit.

Quod illa aut amicum ſuum, aut patronum nominet,
Aut quod illa amicam ſuam, aut ſororem prædicet,
Fores occluſæ omnibus ſient niſi tibi.

Cavet non de corruptoribus tãtum maſculis, ſed & de conciliatricibus fœminis. Scio hæc aliter diſtinxiſſe & legiſſe Gruterum, ſed non placet immutari vulgatam lectionem.

V. 19. *---ni quatriduo*
Abalienarit, &c. Optimè Mſſ. Lang. *ni in quatriduo*, h, e, intra quatriduum. Sic Pſeudolo. Sc. *Pſeudole non audis.*
-----ego, in hoc triduo,
Aut terrâ, aut mari, alicundè evoluam id argentum tibi.

V. 31. *Cum ſurgat, non in lectum inſcendat proximum,*
Neque cum deſcendat, inde det cuiquam manum.

Pravo ſenſu. Mſſ. Lang. *Cum ſurgat, neque in lectum.* Lege.

Quom ſurgat, nec quom in lectom inſcendat proximom,
Neque quom deſcendat, inde det quoiquam manum.

Vide Ovidium in de arte amandi.

V. 58. PA. *Tum ſi coronas, ſerta, unguenta, iuſſerit, &c.*

Mſſ. Lang. habent, *ungenta*, Cur non ungenta ab ungere, ut unguenta ab unguere?

V. 60. *Tuus ſervus ſervet, Veneri ne eas det, an viro.*

Lege ex Mſſ Lang. ---*Veneri ne ea det. Ea,* quæcumque ſcilicet prius enumeraverat.

V. 63. *Hæc ſunt non nugæ, nõ enim mortualia.*

Mſſ. Lang. *mortalia.* Sic, ſpiritualia, & ſpiritalia, nec ferè aliter apud Divũ Auguſtinũ reperias, quàm ſpiritalia, & ſpiritaliter. Certè ſi hic retineatur mortualia, in ſcandendo verſu v, erit elidendum.

Scena, *Sequere hac*, v. 3.

Ain' tu? apud amicã, munus adoleſcẽtuli
Fungare? uxori excuſes te, & dicas ſenem?

Lego, *An tu apud amicam munus adol.* certè *Ain' tu* hic nihili eſt.

V. 15. *Tu ergo fac ut illi turbas, lites, cõcias.*

Mſſ. Lang. habent, *lites concinnas.* Concinnere, & concinnare, à cinno. In Gloſſ. vet. Συσκευάζειν. Ita verſus ſenarius habebit in ultima ſede ſpondeum, ut multi alii. Malim tamen retinere vulgatam lectionem.

Scena, *Agedum decumbamus.*

V. 2. -- *ut iuſſeris,*

Mi gnitate ita fiet. Mſſ Langii, *ita fiet.*

V 16. *Ea res male habet. ac non eò, &c.* Mſſ Lang & V. Codex, *Ea res me malè habet*, quod præfero.

Scenâ, Ain' tu meum virum, v. 46.

ART. *Miſer ecaſtor es.* PA. *mecaſtor dignus eſt* AR. *quid ais pater?*

Negat Gellius, uſquam apud probos auctores reperiri, viros per mecaſtor iuraſſe: quod tamen hic facit Paraſitus. Sed certum eſt, male adſcriptas perſonas à Grammaticis. Eas ego ita reſtituo.

PHI. *Miſer ecaſtor es,* ART. *mecaſtor dignus eſt,* ARG. *quid ais pater?*

Dixerat Demænetus Philenio amicę, nauteam malle ſe bibere, quàm uxorem ſuam oſculari, propter animæ fœtorem. Reſpondet Philenium, miſerum ergo illum eſſe: Artemona vero Demæneti uxor, quę eorum ſermones captabat, ait, (ſed tacitè ſecum) dignum quidē illum eſſe miſeriâ, ut qui parum fidelis maritus eſſet, & furtivis amoribus operam daret.

V. 70.--PH. *pol me quidem*

Miſeram odio enicavit. Deſiderius Heraldus reponit *enecabit*, quòd, inquit, nihil mali ab Artemona paſſa ſit Philenium. Ma-

lè. Nam hæc de Demæneto audienda non de Artemona. Queritur Artemona, quòd a Philenio ſit receptus Demęnetus. Reſpõdet Philenium, ſe quidem recepiſſe, ſed inuitam, ſeſquiſenem hominem, illis rebus minimè idoneum, cuius oſcula odium ſpirarent potius quàm amorem. Hoc video etiam Grutero in mentem fuiſſe.

V. 80. ARG. *Ecaſtor quin ſurrepturum pallam promiſit tibi?* Legit Lambinus ſine interrogatione. Rectè. Sed aliud eſt quod lectores monitos volo; etiam hic virum per *ecaſtor* iurare. Vide ſupra notam in verſum 46. huius Scenæ. Ego opinor hic malè adſcriptam perſonam Argyrippi, & reſtituendam perſonam Philenii, quæ & hîc, & in ſequentibus, inſultat deprehenſo in luſtris ſeni. Ait ergò hîc Philenium, promiſſam ſibi ab Demæneto pallam, quã uxori ſurrepturus eſſet. Sic poſtea, eadem inſultans, ait, *de pallâ memento amabo.* Item poſtea, *da ſuavium etiam priusquàm abeas.* Sic multa commiſere, quà Grammatici, quà librarii, in notandis perſonis.

V. 90. PHI. *Imò intus potius ſequere hac me, mi anime.* DE. *ego ſequor?*

V. C. habet *ego ſequar?* ἀστειότερως Illa inſultat ſeni, hic averſatur inſultantem.

In fine huius fabulæ, ubi ſuperſcribitur, GREX, Vetus C. habet RECITATOR. Opinor eum deſignari, qui agẽdæ comœdiæ præeſſet, & actoribus ſingulis ſuggereret, ſi quid eorum memoriam fugiſſet. Eadem vox eſt ad finem Epidici & Bachidum.

IN AVLVLARIAM.

ARgumento altero, v. 6. *Auro formidat Euclio, abſtrudit foris*. Mſſ. Langii, *foras*.

Sic ergo reſcribe,

Auro formidans Euclio, abſtrudit foras,

Scena, *Exi inquam*, v 17.

Abſcede etiam nunc, etiam nunc, etiam, ohe nunc,

Iſtic adeſto. ſi herclè, &c. Lege ex Mſſ. Lang. *Iſtic ataſta*. Ataſta pro Adaſta, hoc autem pro adſta, & hoc rurſus compoſitum pro ſimplici *ſta*. Veteres, t, pro, d, ſcribebant in prępoſitionibus, ad, apud, & præpoſitiones non raro geminabant in compoſitis.

Scena, *Nunc defæcato demum*. v. 16.

Tum aquam aufugiſſe dicito, ſiquis petet
Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortariũ,
Quæ utenda vaſa ſemper vicini rogant,
Fures veniſſe atque abſtuliſſe dicito.

Hæc Mſſ. Lang. interpoſitis perſonis diſcriminant, non ſine venere, ſic. --- *ſiquis petet.*

STAPH. *Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,*
Quæ utenda vaſa ſemper vicini rogant?
EV. *Fures veniſſe, atq; &c.*

V. 24. *Nam ad ædis noſtras nuſquam adiit, quanquam propè eſt.*

Lege ex Mſſ. Lang. --- *ad ædis noſtras nunquam adiit*, ſcilicet Bona Fortuna, quam ait ædem habuiſſe prope ædes Euclionis.

Scena, *Velim te arbitrari*, v. 18.

Nego. Ev. *decet te equidem vera proloqui.*
E Mſſ. Lang. alter habet, *decet te quidem.* Notarunt è Grammaticis nonnulli compoſitum τὸ *equidem* ex ego & quidem, ac propterea primis tantum perſonis convenire. Hos reprehendit Priſcianus. Et multis ſanè auctorum exemplis convinci poſſunt, ut illo Perſii Sat. 5.

Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo
Conſentire dies, et ab uno ſidere duci.

V. 22. EV. *Da mihi operam amabo.* ME. *tua eſt, utere.*

Atque impera ſi quid vis. Mſſ. Lang *tua 'ſt, me utere.*

V. 40. ME. *Poſt mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum,*
Si eam ſenex anum prægnantem fortuitu fecerit,
Quid dubitas, quin ſit paratum nomen puero poſthumus?

Lege ex Mſſ. Lang. -- *qui mediâ ducit uxorem domum,*
Si eam ſenex anum prægnatem fortuitu f.

Vxorem mediâ, ſcilicet ætate. Prægnatem, antiquè pro prægnantem, ut animas animatis pro animans animantis Ennius:
Ova parire ſolet genu' penneis condecoratum,
Non animas

V. 48. EV. *Dic mihi quæſo, quis ea eſt, quam vis ducere uxorem?* ME. *eloquar.*

Gloſſis in Perſium, laudatur verſus huic ſimilis,
Dic mihi ſi audes (pro ſodes) *quæ eſt quam ducere vis uxorem?*

Ex Plauto quidem, ſed tacito comœdiæ nomine.

V. 50. --- ME. *eius cupio filiam*
Virginem mihi deſponderi. Mſſ. Lang.

mihi deſponſari Vtrumque bene, μνηστεύεσθαι, καὶ ἐγγυᾶσθαι.

Scena, *Præſagibat mihi animus.* v 43.

Ev. *Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis:*

Mſſ. Lang. *Eia Megad.*

V. 53. --*iaceam ego aſinus in luto,*
Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus quaſi nunquam ſiem,

Mſſ. Lang habent.---*gnatus quâm nunquam ſiem.* Ἑλληνιστικῶς dictum, nec fortè ineleganter: alioqui reſcribe, ---*gnatus quàm ſi nunquam ſiem.*

V. 64,----Ev, *fiat, ſed prô Iuppiter,*
Non ego diſperii? Lege ex Mſſ. Langii,
---- *fiat ſed prô Iuppiter! Num ego diſp.*

V. 83,---*ſed nuptias*
Hodie quin facimus, numquæ cauſſa eſt?
Ev. *immo edepol optimè.*
Mſſ. Lang, *optuma*, Lege ergo ---*ſed nuptias*
Hodie quin facimus? numquæ cauſſa eſt?
Ev. *immo edepol optuma.*
Scilicet cauſſa cur faciamus nuptias.

V. 85. ME. *Ibo igitur, parabo, numquid me vis?* EV *iſtuc fier, vale.*

Mſſ. Lang melius --- *iſtuc fiat, vale.*

Scena, *Vbi tu es*, v. 1.

Ubi tu es quæ deblatteraſti jam vicinis omnibus,

Meæ mi filiæ daturum dotem?

Mſſ. Lang. habent, --- *quæ deblattaviſti iam vicinis omn*, Rectè, opinor. Deblatto deblattero, ut lambo lambero, propo propero, &c.

Scena, *Poſtquam obſonavit herus*, v. 2.

----- *edixit mihi,*

Ut diſpartirem obſonium hic bifariam,

Coc. Me tu quidem hercle, hic tam palam non divides. Mſſ. Lang.

Ut diſpertirem obſ. magis antiquè. Partiendi & dividendi verba ſunt in obſcœnis. Hinc iocus.

V, 14. Coc. *Nempe huic dimidium ducis, dimidium domi.*

Mſſ. Lang habent, *domui.* Acidalius hic ſudat, quòd domi videatur etiam ad locū ſignificare. Fruſtrâ. Ducis, inquit, dimidium obſonii huic, ſcilicet Euclioni, h, e, pro hoc Euclione, dimidium domui veſtræ, id eſt, pro domo veſtrâ. Niſi malis legere, *domu*, pro domum. Vide Diomedem, lib. 2. Ita etiam apud Chariſium, *oſſu*, & oſſum.

V. 26. Coc. *Etiam ne obturat inferiorem gutturem,*

Tum

Tum ne quid animæ fortè amittat dormiẽs?

Ita diſpungo----*inferiorem gutturem*

Tum, h, e, quum it dormitum, quod repetendum eſt ex verſu 23. Guttur hic maſculino genere. Vocat autem inferiorem, gutturem, poſticam viam, podicem. Mſſ. Langii, non habent, *tum*; At ſic corruit menſura ſenarii Acat.

V. 41. *Sexcenta ſunt quæ memorem, ſi ſit otiũ.* Mſſ. Lang. *Secenta ſunt.* Secenta, ut ſedecim. Sic in vet. Gloſſ. ſecuplum, pro ſexcuplũ. Idem & ſeſcenta ſcribit, ἑξακόσια.

V. 49. ---CON. *tu trium literarum homo Me vituperas, fur.* AN. *etiam fur, trifurcifer.* Illud, *fur*, quod ſequitur poſt, *vituperas*, videtur eſſe irreptitium, & gloſſema eius quod dixerat, *trium literarum homo.* Ita tamen fuerit verſus trimeter catal. trochæũ habens in quintâ ſede. Cui morbo mederi poſſumus, ſi, ad metiendum poſteriorem verſum, ſumamus poſtremam ſyllabam prioris, nõ elisâ ultimâ ſyllabâ, in *literarũ*.

Scena, *Tace nunc iam*, v. 11, ---ST. *ſtultus & ſine gratia es,*

Tibi rectè facere, quando quod facias perit.

Legebam,---*ſtultum & ſine gratia eſt*, quod poſteà didici placuiſſe etiam Grutero & Acidalio.

V. 14.----*ſi qui uti voles,*

Domo abs te afferto,ne operā perdas poſcere,

Mſſ. Lang. & V. C. ---- *ſi quid uti voles.* ἀρχαϊκῶς, ut, uti pecuniam.

Scena, *Volui animum tandem*, v.15.

Nunc tuſculum emi, & haſce coronas floreas.

Verſus non conſtat niſi legas, *& has coronas*, Sed malim ita reponere ex Priſciano.

Nunc tuſculum emi hoc,& coronas floreas.

Scena, *Dromo de ſquama piſcis*, v. 5,

-------*tu iſtum gallum, ſi ſapis,*

Glabriorem reddes mihi, quàm volſus ludiu'ſt.

Mſſ. Lang. *lydiu'ſt.* Qui & qualis ſit ludius, docet Turnebus, & pauci neſciunt. Manavit hoc ludicri genus à Lydis, unde hic lydius, quod & Gruterus præfert.

Scenâ, *Optati cives*, v. 3.

Neque ego unquam, niſi hodie, ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

Mſſ. Langii ---- *in bacchinal coquin*, & ita ſemper, i, pro, a: Bacchus, Bacchi Bacchinal. Sic v. 6. *aperitur bacchinal*, *adeſt.*

V. 7. *Sequitur, ſcio quam rem geram, &c.*

Mſſ. Lang. *Sequitur, neſcio quam rem g.*

Scena, *Redi, quò fugis nunc?* v. 2.

Ev. *Quia ad Treſviros, iam ego deferam tuum nomen*, CON. *quamobrem?*

Ev. *Quia cultrum habes.* CON. *cocum decet.*
Ev. *quid comminatus*
Mihi? Lego --.*cocum decet.* Ev. *quin' comminatus Mihi?*

Quin' pro qui ne, formulâ Plauto uſitatiſſimâ. Ad Treſviros, ſubaudi capitales. Hinc patet, vetitum olim fuiſſe cultrum geſtare. Quod utinam & hac noſtra ætate, ſaltem ante aliquot annos, aut menſes, in Gallia non licuiſſet. Forſitan non Careremus, rege regum omnium maximo, Henrico IIII.

Túq; tuis armis, nos te potiremur, Achille.

V. 23. Ev. *Etiam rogitas, ſceleſte homo, qui angulos hic omnis,*
Mearum ædium, & conclavium, mihi perviam facitis?
Id ubi tibi erit negotium, ad focum ſic adeſſes,
Non fiſſile haberes caput, merito id tibi factum eſt.

Mſſ. Lang. habent,-- --*ſi adeſſes,* & *merito factum eſt tuo.* Totam periodum ſic lego.

Ev. *Etiam rogitas, ſceleſte homo? qui angulos hîc omnis*
Mearum ædium, & conclavium, mihi perviam facis,
Is, ubi tibi erat negotium, ad focũ ſi adeſſes,

Non fiſſile haberes caput, merito factum
eſt tuo.

Eleganter dictum, *qui facis, is ſi adeſſes Angulos perviam facis*, ſic dictum, ut, *facti ſunt obviam. Merito factum eſt tuo, Cela t'eſt advenu par ta faute.* Sic plana ſententia eſt, & elegans

V. 31. Con. *Ita me bene amet Laverna, te*
iam, niſi reddi
Mihi vaſa iubes, pipulo hic differam te
ante ædis.

In altero verſu Mſſ. Lang. & V C. omittunt, *te*. Certè hic fruſtrà poſitum, cum iam ſit in priore. Appoſitè, fur per Lavernam iurat, Deam furum. Horatius.

------ *Pulchra Laverna*
Da mihi fallere, da pulchrum ſanctumq;
videri,

Scena, *Hoc quidem hercle.* v. 5.
Coquite, facite, feſtinate nunc iam quantum lubet.

Pro facite, V. C. habet *faceſſite*, vocem hîc nihili. Ego geſtio legere, *farcite*, quod verbum eſt coquinarium, & huic loco aptiſſimè quadrat. Gloſſ. vetus, Farcit, Νάσσει, Vnde νέναχα, quod Suidas exponit ἐπιπλήρωσον: Non enim farcire tantum ſaginare eſt, unde fartores σιτευταὶ etiam dicuntur

Gloſſario veteri, ſed & denſare, atque ita implere ut nihil inani relinquatur. Propterea reperias in Gloſſario Argentorati edito. Farcio, συμπληρόω: Item Fartores, Ἀλλαντοπῶλαι. Νάσσειν autem quod Gloſſario veteri eſt farcire, Heſychius exponit ὁμαλίζειν, θλίβειν: A quo fit Ναστὸς apud Athenæũ lib. 14: quem Heracleon vult eſſe, πλακοῦντος εἶδος, ἔχον ἔνδον καρυκείας, *placentæ genus, quod intus habeat varia condimenta.* Auctor vero Etymologici ναστὸν dictum vult, ἀπὸ τοῦ νάσσεσθαι ἀρτύμασιν ἢ τραγήμασί τισι. Quemadmodum autem a νάσσω, ναστὸς, ita a farcio farcimen, Ἀλλᾶς. In altero Gloſſario per brevi repperi, Farſa, Νακτή. Eſt autem νακτὴ & ναστὸς idem, Gloſſarium Græcolat: Νακτὸν δ' πεπιλωμένον, Denſum, preſſum. Nos quoque *farſe* dicimus: Ναστόν. Poſuit Lycophron pro ſimplici pane:

Οὐ γάρ τις αὐτῷ ψίσθαι πύρνον γνάθῳ,
Πρὶν ἂν χεραπίσῃ ναστὸν ὑψόχῳ λίθῳ.

'bi Scholiaſtes, Ναστὸς κυρίως ἄρτος συζυμωθεὶς ἐκ μέλιτος καὶ σταφίδων, καὶ ἑτέρων εἰδῶν. Νῦν δ' ἁπλῶς ἄρτον εἶπε. Appendebatur ligno panis, quẽ bebantur lapidibus deturbare pueri, ut um eſitarent, de quo more vide Diodom, lib. 5. Hippocrates ναστὸν uſurpat o verbali adiectivo, in lata ſua ſignifica-

tione, atque opponit ἀραιῷ ϗ χαύνῳ, lib. de Glandulis, ubi maris & fœminæ corpora inter ſe opponit. Τὸ μὲν ἄῤῥεν ναστόν ἐστι, ϗ οἷον εἶμα πυκνὸν, ϗ ὁρεόντι ϗ ἐπαφωμένῳ: τὸ δ' θῆλυ ἀραιὸν ϗ χαῦνον, ϗ οἷον εἰρέον, ὁρέοντι ϗ ἐπαφωμένῳ.

Scena. *Narravi amicis*, v. 58.

Hæc ſunt, atque aliæ multæ, in magnis dotibus,

Incõmoditates, ſumptuſque intollerabiles.

Quid vetat nos legere ex Mſſ. Lang. *Hæ ſunt, atque aliæ, &c.*

Scena, *Nimium lubenter*, v. 5.

Ev. *Pro re nitorem, & gloriam pro copiâ*

Qui habent, meminerint ſeſe unde oriundi ſient.

Schoppius legit. *Præ re nitorem, & gloriam præ copiâ.*

Sed nihil opus fuerit hæc immutare, Si Mſſ. Langii lectionem ſequamur, qui pro *meminerint* habent *meminerunt*.

V. 20, ---*præterea tibicinam*,

Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatat,

Corinthienſem Pirenem poteſt.

Tum obſonium autem. ME. *pol vel legioni ſat eſt.*

Etiam agnum miſi.

Mſſ. Lang. & V, C. habent *leoni*, non legioni. At ſic trochæus pes fuerit in Sena-

rio Iambico. Certè vorax animal eſt leo quod nulli neſciunt. *Tum obſonium autem.* Subaudiunt *miſiſti*: Sed certè ſubintelligendum eſt, *poteſt abſumere ſola tibicina*, ut fontem interbibere. Propterea reſpondet Megadorus non poſſe, etiam ſi ſit maxima eſitatrix, quia quod miſit etiam *leoni*, aut, ſi mavis, *legioni* ſatis eſſe poſſit.

V.35. Ev. *Nolo hercle, nam mihi bibere decretum eſt aquam,*

ME. Ego te hodie reddam madidum, ſi vivo probe.

Tibi, cui decretum eſt bibere aquam.

Rectè MſI. Lang.

Ego te hodie reddam madidū vino probè,
Te cui decretum eſt b, Opponit vinum aquæ.

Contraria ſunt madidus & ſiccus. Siccus eſt ſobrius, madidus qui ſeſe mero ingurgitavit, Aſinaria Scena, *Agedum decumbamus.*

At ſceleſta, ego, præter alios, meum virum fui rata
Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxume.

PA. *At nunc dehinc ſcito, illum ante omnis minimi mortales preci.*

Madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem uxoris ſuæ.

Scena, *Hoc eſt ſervi facinus.* v. 5.

Sin dormitet, ita dormitet, ſervum ſeſe ut cogitet.

Melius eſt in Langianis,---*Si dormitet.*

Scena, *Non temerè eſt*, v. 2.

Simul radebat pedibus terram, & voce crocibat ſuâ.

Mſſ. Langii habent, *groccibat*. Veteribus promiſcuus erat uſus C, & G. Certè crocire, & crocitare dicuntur Corvi, In elegia de Philomela, falsò Ovidio attributa.

Et crocitat corvus, graculus at frigulat.

Scena, *Foras, foras, lumbrice.* v. 12.

----- *EV. oſtende huc manus.*

Str. *Hem, tibi oſtendi, eccas.* Lego, *Hem tibi, oſtendo, eccas.*

V. 28. *Perij hercle, ille nunc intus turbat, hunc ſi omitto, hic abierit.*

Mſſ Lang. *hunc ſi amitto, abierit.*

Scena, *Fidei cenſebam*, v.12.

Iam ego illuc præcurram, atque inſcendam aliquam in arborem.

Reformandus ſenarius ex Mſſ. Lang.

Iam ego illuc præcurram, atque inſcendam aliquam arborem,

Scena, *Dixi tibi mater*, v. 2.

Super Euclionis filia nunc te obſecro,
Fac mentionem cum avunculo, mater mea,
Reſecroq; mater quod dudum obſecraverã.

Non poſſum quin potiorem habeam lectionem Mſſ. Lang. in quibus tranſpoſiti verſus ſic reſtituuntur.

Super Euclionis filia, nunc te obſecro,
Reſecroq; mater quod dudum obſecraverã,
Fac mentionem cum avunculo, &c.

De obſecratione & reſecratione vide notas Scaligeri ad Feſtum.

V. 10 VIR. *Perij mea nutrix, obſecro te uterum dolet.*
Iuno Lucina tuam fidem.

Mſſ. Lang habent, *uterum doleo.* Alioquin uterum fuerit neutrius generis.

V. 14. *Vt iſtuc quod tu me oras efficiam tibi,*
Vt iſtuc quod me oras impetratũ ab eo auferam.

Viderã olim quod & Schoppius annotavit, poſteriorem verſum eſſe ineptũ gloſſema prioris. Etiam Mſſ. Langii & V. C. de errore fidem faciunt, quorum, illi habent.

Vt iſtuc quod me oras efficiam tibi impetratum. Hic verò,

Vt iſtuc quod me oras officium tibi impetratum ab eo auferam.

Poſteriorem ergò verſum audacter quamvis deleto.

Scena, *Quis homo hic loquitur*. v. 19.

Poſt id ſi prehenſi ſimus, excuſemus, ebrios.
Nos feciſſe amoris cauſſa, nimis vile'ſt vinum atque amor,
Si ebrio, atque amanti, impune facere quod lubet licet.

Heinſius legit --- *nimis utile ſt vinum*, &c. Sed nihil mutandum cenſeo Ait vili vinum venire, quod auro contra carum non ſit, ſi excuſet quodlibet vitium.

IN CAPTEIVOS

PRologo, v. 9.
Eumque hinc profugiens, vendidit in Alide.

Mſſ. Lang. habent *Alida*. Sic & verſu 24.
Poſtquam belligerant Ætoli cum Aliis.
Iidem Mſſ. habent *Alidis*. Eſt autem metaplaſmus Alidæ ſive Alij, pro Elidibus. Nam Elis, Achaïæ oppidum eſt.

V. 30. *Et quoniam heri, inde audivit, de ſummo loco,*
Summoque genere captum, &c.

Legebam ----*heri indaudivit*, quod poſtea ſcriptum repperi in Mſſ. Lang. *Indaudivit*, pro inaudivit.

Scena, *Iuventus nomen*, v. 12.

Quaſi cum caletur, cochleæ in oculto latent,
Suo ſibi ſucco vivunt, ros ſi non cadit.

Mſſ. Lang. habent *ſuco*. Nec ferè unquã aut literas geminant, aut voces aſpirant, qui veterum ſcribēdi mos fuit Propterea etiam v. 27. pro *Hegionis*, *Egionis* legunt.

V. 30. *Nunc hic occœpit quæſtum hunc, filij gratia,*
Inhoneſtum, maxumè alienum ingenio ſuo.

Mſſ. Lang. --- *Inhoneſtum et maxumè al.*

Scena, *Advorte animum ſis*, v. 9.

Satis eſt, nunquam poſtilla poſſis prendere.
LOR. *Omnes, profectò, liberi lubentius*
Sumus, quàm ſervimus. HE. *non videre ita tu quidem.*
LOR. *Si non eſt quod dem, méne vis dem ipſe in pedes?*
HEG. *Si dederis.* Hæc ita diſpungo & lego.

---- *Poſsis prendere.*
Omnes profecto liberi lubentius
Sumus quàm ſervimus. LOR. *novid: è re iſta tu quidem.*
Si non eſt quod dem, &c. *Novid: è re,*

pro novi; e re interpoſito, d, antiquo more. Quaſi dicat, video te, in rem tuam, hæc loqui, quò ſcilicet ſervis tuis perſuadeas, ut datâ tibi pecuniâ, redimant ſe è ſervitute. Verum ſi nihil eſt quod dem pro libertate mei capitis, vis ne aufugiam? Non immutaſſem vulgatam lectionem, niſi mihi præiviſſent, M. Langii, qui ita diſpoſitas perſonas habent, &, *novi, de re ita tu quidem*, ex quo feci, *novid: è re iſta tu quidem.*

V. 30. HEG. *Ne fle.* PAR. *ego ne illum non fleam? ego ne non defleam*
Talem adoleſcentem?

Sambuci Codex --- *ego me non defleam,*
Talem ad. Rectè opinor. ludit Paraſitus in affinitate vocum *me* & *ne*. Nam re vera, magis ille dolebat ſuam, quàm regis ſui vicem, quamvis cõtra vellet ab Hegione intelligi. Propterea ait Hegio. v. 49.
------*huic illuc dolet,*
Quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus.
Dignus Paraſito iocus.

V. 69. PAR. *Ita dì deæque faxint.* HE. *ſed num quo foras*
Vocatus ad cœnam?

MSſ. Lang lectionem huic præverto--*ſed num quo fueras Voc.* Sed, ut conſtet trimeter, τὸ *fueras* διϛυλλαβῶς pronunciandũ eſt.

V. 78. *Quaſi fandum vendens, meis me addicam legibus* Mſſ. Lang.

quaſi fandum vendam, meis me nō malè.

Scena, *Si dì immortales*, v 28.

Nam ſi herus mihi es tu, atq; ego me tuum eſſe ſervum aſſimulo,
Tamen viſo opu'ſt, cauto eſt opus, ut hoc ſobriè, ſine arbitris,
Accuratè hoc agatur, doctè et diligenter.

Malim rotundiorem ſic periodum facere.

Nam ſi herum mihi eſſe te, atque ego me tuum eſſe ſervum aſſimilo.
Tamen viſo opu'ſt, cauto eſt opus, ut ſobriè, ſine arbitris,
Accuratè, hoc agatur, doctéque & diligenter.

V. 51. *Atque ut qui fueris, et qui nunc ſis, meminiſſe ut memineris,*

Lego, *Atque & qui fueris, & qui nunc.*

Scena, *Iam ego revertar*, v 3.

PHI. *Edepol tibi, ne in quæſtione eſſemus, cautum intelligo.*

Mſſ. Lang. *--ne quæſtioni eſſemus. Ne quæſtioni eſſemus*, h, e. ne opus eſſet nos quærere. Probat & Rittershuſius.

V. 17. *Ne id quidem involucre inijcere voluit, veſtem ut ne inquinet,*

Lego, *Ne is quidem inu.* Pro involucre.

Turnebus legit involucrum, linteum quo tondendorum humeros tonſores ſolent involvere, *Is*, nempe Philocrates, qui Hegionem attondebat dolis.

V. 31. *Quid divitiæ ſunt ne opumæ?* PHI.
Unde excoquat ſevum ſenex:
HEG. *Quid pater, vivit ne?* I. Douſa legit

------*unde excoquat ſebum*. HEG. *Senex*,
Quid pater, vivit ne? Sed nihil fuit immutandum. Ait tam opimas eſſe opes, ut ſenex ex illis poſſit ſebum excoquere. Ex menſione ſenis factâ admonitus Hegio, rogat an adhuc vivat eius pater. Sic itaq; diſpunge.

-----*unde excoquat ſevum ſenex*, (h,e, pater)
HEG. *Quid? pater viuit ne?* &c.

V. 40. *Quin etiam ut magis noſcas, Genio ſuo ubi quando ſacrificat*

Mſſ. Lang. non habent *quando*: Et ſanè quid aliud eſt, quam interpretamentum τοῦ *ubi?*

V. 106. *Hoc quidem haud moleſtum eſt, quod collus collariâ caret*.

Mſſ. Langii habent *collario*. Et quid vetat tribus modis dici, collare, is, collaria, æ, & collarium, ii, περιτραχήλιον.

V. 18. *Nunc tu illum, ſi illò es miſſurus, di-*

ce, monſtra, præcipe,

Quæ ad patrem vis nunciari.

In proclivi correctio eſt, *doce, monſtra, præcipe.*

Scena, *Quæ res benè vortat*, v 6.---*mutatio*

Inter me atque illum, ut noſtris fiat filiis.

Mſſ. Lang. ----*noſtris fuat filiis*. Gloſſ. vetus Fuat Συνέλθῃ.

V. 33. PHI. *Iſtuc ne præcipias, facile memoria memini*. TYN. *tamen*

Nam, &c. I. Gulielmius fecerat--*memini tamen.*

TYN, *Nam.* Sed malim ex Mſſ. Lang..

-----*facili memoria memini a me.*

TYN. *Nam.* Vt idem ſit quod memorem mones. Nihil eſt, inquit quod mihi illud præcipias, nam a me facile meminero, quamvis nullus moneat. A me, οἴκοθεν, ἐξ ἐμαυτῆς, meâ ſponte, quemadmodum *ab ſe* ſua ſponte eſt. Menæch.

Sc. *Ni mala, ni ſtulta ſis.*

Mane, mane obſecro hercle, ab ſe, ecca, exit.

Abſe, non eſt domo ſuâ, ut alii interpretantur, ſed ſponte ſuâ non evocata foras. Rudente.

Hæc literata eſt, ab ſe cantat cuia ſit.

Gloſſæ Iſidori, Ab ſe, ſpontaneus.

V. 43. *Neque te commeruiſſe culpam, ne-*

neque me advorſatum tibi,
Beneque hero geſſiſſe morem, in tantis ærumnis, tamen.

Non eſt rejcula vulgata hæc lectio, fateor. Sed malim legere, præeuntibus mihi Mſſ. Lang. *---neque te advorſatum mihi* Nec enim iniquum eſt, ſi herus ſervo ſuo adverſetur, ſed ſi ſervus hero.

V. 70. *Et quò minus dixi de te, quàm volo, animum advortas volo.*

Malim ex Mſſ. Lang. reponere. *----de te, quàm volui, animum ad.*

Scena, *Nunc illud eſt cum me*, v. 5.

Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis eſt.
Neq; exilium eſt, neq; adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat metum.

Lambinus ex omnibus vet. Cod. legit, *exilium exitio eſt*. Pontanus vero, *exitium exitio eſt*. At ego legebam, *auxilium exitio eſt*. Quaſi dicat, nullum præſto eſt auxilium, quominus in exitium ruam.

V. 21. *Et eum morbum mihi eſſe, ut qnî me opus ſit inſputarier.*

Mſſ. Langii non habent *ut*. Et hîc ſanè malè feriatur. *Quî*, h, e, cuius cauſsâ.

V. 46. TYN. *Non equidem me liberum, ſed Philocratem eſſe aio.*

Pontanus argutatur in voce *liberum*, ſcribit enim maiuſcula, L, ut iocus ſit in ambiguo Liberi & liberi Sed nihil hic opus fuit Libero patre. Huic loco optima interpretatio accedet ex ver. 59. ubi ait Tyndarus.

Pergin ſervum me exprobrare eſſe, id quod
vi hoſtili obtigit?

Non ait Tyndarus ſe eſſe liberum, quia ſit in ſervitutem redactus, ſed fuiſſe. Certè liber natus fuerat, & poſtea reperietur Hegionis filius. Sed ludit etiam altero ambiguo, poteſt enim intelligi, *non dico me eſſe liberum, ſed me eſſe Philocratem*, &, *non dico me, ſed Philocratem eſſe liberum.*

V, 67. HE. *Quid? quid ſi hunc comprehendi iuſſerim?* TYN. *ſapias magis*

quid ſi legamus ex vet. C.?

HE. *Hercule! quid ſi hunc comprehendi iuſſerim?*

Vt averruncatorem & ἀλεξίκακοι, Herculem invocet ſenex, in re, vt videbatur, periculi plenâ? Sic Moſtellariâ.

Scena, *Habeo Neptune.*

Tu, ut occepiſti, tantum quantum quis, fugies,
Atque Herculem invocabis. TH. *Hercules te invoco.*

Dicebatur veteribus Hercules & Herculus. Gloſſarium alterum vet. Herculus, Ἡρκλῆς; Hinc vocativus Hercule & Hercle factâ ſyncope.

Scena, *Iniicite huic actutum*, v. 29.

Meumq; me potius caput periculo
Praeoptaviſſe, quàm is periret, ponere.

V. Cod. Habet *promptaviſſe*. Fortaſſe rectè. Promptaviſſe ponere pro promptaviſſe ad ponendum. Prompto frequentativum à promo Pſeud. *Si quidem hercle etiã ſupremi promptas theſauros Iovis.* Poteſt deleri τὸ *ponere*, ut ſit verſus dimeter, non trimeter Catal. *Promere caput periculo*, eleganter dictum.

Nemo tamen vulgatam lectionem vituperet.

Scena, *Quanto in pectore*, v. 78.

Vin' te faciam fortunatum? HE. malim
quàm miſerum quidem,

Præfero quod eſt in Langianis ---- *malim quàm miſerum, quid eſt?*

Scena, *Illic hinc abiit*, v. 2.

Dî immortales, iam ut ego collos prætrun
cabo tergoribus.

Malim *detruncabo*, ut eſt in Langianis. Livius. *Poſteaquam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora*. Gloſſ. Detruncat. Ἀκρω-

τηεάζει. Collos autem, pro colla, poſitum ut ſæpè alias.

V. ultimo, *Et quæ pendent indemnatæ pernæ, eis auxilium ut feram.*

MſſLang. ---- *indemnatæ, pernis auxilium ut feram.*

*S*cena, *Dieſpiter te, diq;* v. 12.

Dicam ut ſibi penum aliud ornet.

Notat Priſcianus, *penus* dictum neutro genere, & citat ex hac Comœdia, atque, ut puto, ex hoc loco,

Dicam ſeni, curet ſibi aliud penus.

Sed rem opinor voluit exprimere, non numeros, quod ſæpiuſculè peccat, in citandis auctorum ſententiis. Lege.

Dicam ut ſibi penus aliud ornet.

Horatius,

Annona proſit, portet frumenta, penuſq;.

Eſt autem penus, ſive penum, Ὅσα εἰς πόσιν ἢ βρῶσιν ζωοθησαυρίζεται. Gloſſ. vetus Penuſa, βρωτά, ἢ ποτά. Penuſa antiquè ſcriptum pro penora, v. pro o, &, s, pro, r.

Scena, *Ioui diiſq; ago.* v. 7.

Satis iam dolui ex animo, & curâ me ſat,

Et lacrumis, maceraui, &c.

V. Cod. his præponit perſoná, PHILOP.

V. 48. vel potius, 15. Scenæ, *Age tu illuc procede.*

Si eris verax, e tuis rebus feceris meliuſculas.

V. Cod: *Si eris verax, res tuas feceris meliuſculas.*

Sic erit ſenarius, eliſo, v, in *tuas*.

Scena, *Hegio aſſum, ſi quid me vis*, v. II.

Qui mihi peculiaris datus eſt huius filius?
HE. Viuit ne is homo? STA. *argentum accepi, nihil curavi ceterum.*

Oratio imperfecta, quam ego ſic perficio.

PHI. *Dic mihi is ne iſtic fuit, quem vendidiſti meo patri,*
Qui mihi peculiaris datus eſt, huius filius? STA. *iſtic,*
HE. *Viuit ne is homo? &c.*

Vna vocula addita, & verſum tetrametrũ perficit, & ſenſum.

Scena, *Vidi ego multa*, v. 4.

Vbi labore laſſitudo omni'ſt exigunda ex corpore.

Alludit ad illud Hippocratis, κόπῳ λύεσθαι τὸν κόπον. Certè, ἀναπαύσει non licebat ἰᾶσθαι τὸν κάματον. Vide Galenum cap. 9. lib. 3. τῶν ὑγιεινῶν, ubi de duplici modo ſoluendæ laſſitudinis agit, quiete & labore.

Ad finem Comœdiæ.

Neq; in hac ſubagitationes ſunt, neq; &c.

Mſſ. Lang. Subigitationes. Repone ſubi-

citationes, ita enim veteres ſcribebant i, pro, a, & c, pro, g. Vide notam in v. 2. Scenæ, *Non temerè eſt.* Ita in Gloſſario veteri reperias Sugulę, pro ſuculæ, Υ'αδες. Paulo poſt, *Ubi boni meliores fiant.* Mſſ. Lang. habent, *meliores fuant.*

IN CURCULIONEM.

ARgumento. v. 1. *Curculio miſſus à Phædromo it in Cariam,*
Mſſ Lang. & V. Cod habent.
Curculio miſſus Phœdromi it cariam.
Vnde Gulielmius fecit, *miſſu Phœdromi.* Sed cur non rectè quamvis inſolenter, *Curculio miſſus Phœdromi,* ut, *legatus phœdromi.* Cum præſertim ita habeant libri omnes melioris notæ! *It Cariam,* Vt Scena, *Placidè egredere.*
PH. *Minimè, Nam Paraſitum miſi nudius quartus Cariam.*
Et Sc. *Date viam. ----- rogat quid veniam Cariam.*
Scena, *Quò ted hoc noctis,* v. 30,
Semper curato, ne ſis inteſtabilis,
Non diſplicet *curato*, ſed malim tamen *ca-*

vitò. Cavere I. C. verbum eſt. Gloſſ. vetus. Cautio, ἀσφάλεια. Cavet, φυλάττεται.

V. 5. Pa. *Credam, pudor ſi cuipiam lenoni ſiet.*

Reſcribe ex Mſſ Lang *Si cuiquam lenoni.*

Scena, *Flos veteris vini,* v. 43. -- -*hoc volo ſcire te, perditus ſum miſer.* An. *at pol ego oppidò*

Servata. Mſſ. Lang. ----- *perditiſſimus ſum.* Vt ex æquo opponantur, *perditiſſimus*, &, *oppido ſervata.*

Scena, *Placide egredere,* v. 25.

Pa. *Quid? tu veneri pervigilare te voviſti Phædrome?*

Mſſ. Lang. *Venerin' pervig.* Sic reſcribe.

Pa. *Quid tu? venerin' pervig.* Pervigilium Veneris, ſacra nocturna. Infra hac ipſa Scena verſu 40. *noctuvigilã* Venerẽ vocat.

Tuam fidem Venus noctuvigila!

Gloſſ. vet. Pervigilium, Παννυχισμὸς, ἡ ἡ διὰ νυκτὸς ἀγρυπνία.

V. 35. *Tun' etiam, cum noctuinis oculis, odiũ me vocas?*

Turnebus corrigit *nocturnis*, & exponit deformibus. Ego nihil muto. Infra Act. 2, Sc. I. Vocat oculos herbeos. Felinos etiam vocant, per contemptum. Certè nos etiam, in formæ vituperium, mulieres ſo-

lemus *cheveches* appellare. Vide notam ad Pœnolum, Scena, *Negotij ſibi*, v. 108. Scena, *Palinure quid ſtas?* v. 16.

Namque incubare ſatius te fuerat Iovi,
Tibi qui auxilium in iureiurando tulit.

Mſſ Lang. habent.

Tibi qui auxilio in iureiurando fuit.

Hoc eſt, propitius fuit peieranti, neq; fulmine percuſſit. Eſt autem *incubare Iovi*, in capitolio dormire ad accipienda à Iove reſponſa. Virgilius.

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.

Vbi Servius, *Incubare propriè dicũtur ij qui dormiunt ad accipienda reſponſa.* Plautus Curcul.

Incubat ægrotus in Æſculapij fano.

Scena, *Date viam mihi noti*, v. 57.---- *abeo*
ab illo mœſtus ad forum,
Me illò fruſtra deveniſſe.

Mſſ. Lang. & V.C. *fruſtra adveniſſe*: quod & Gruterus melius putat. Sed ego in priore verſu lego, ----- *abeo ab illo ad forum, mœſtus*
Me illò fuſtra adveniſſe. Sic fuerit verſus tetram, Catal. Tum autem elegantius coniunguntur, *mœſtus me illò fruſtra adveniſſe.*

V. 62. *Ecquem in Epidauro Lyconem trape*

Zitam noverim?

Mſſ Lang. *trapeZetam*, & ita ſemper. Eſt tamen Græcè, τραπεζίτης, ἀργυραμοιβός. Sed veteres e, & i, frequenter reciprocabant. Sic doleum dixit Cato pro dolium, c. 23. de re ruſt. Sic & in Gloſſ vet. Delerat, παρακόπτει, ληρεῖ· Delerus ληρώδης, παράληρος, pro delirat & delirus. Ita & mantele poſitum pro mantile, unde fecit Plautus manteliū.

V. 72. *Quid ſi adeamus, ac decumbamus?*

Lego, *Quid ſi abeamus, ac dec.* abeamus, ſcilicet è foro domum.

V. 79. *Talos arripio, invoco almam meam nutricem Herculem.*

Docuit Lipſius Ant. lect. lib. 1. cur Herculem nutricem ſuam vocet Paraſitus. Sed Mſſ. Lang. habent, *Herculeam*. Fortaſſe non malè, ut ridiculè Paraſitus, polluctionem decimarum, quæ Herculi fiebat, Deam finxerit, quam ab Hercule Herculeam vocet, nutricem ſuam.

V. 86. *Eamus nunc intrò, ut tabellas conſignemus* PH. *non moror.*

Repone ex Mſſ Lang. *num moror?*

Scena, *Beatus videor*, v. 4.

Dives ſum, ſi non reddo eis quibus debeo,
Si reddo illis quibus debeo, plus alieni ineſt.

Melius quod eſt in Langianis — *plus alieni eſt.*

eſt. *Alieni* ſcilicet æris.

V. 45. CV. *Quia veſtimenta, ubi ob dormivit ebrius,*

Summano, ob eam rem me omnes ſummanum vocant.

V. Cod. habet. *Sumo manu, ob eam r.* Sed Opinor eſſe ἔτυμον τοῦ *Summano*: quamvis putent alii dictum ſummanare quaſi ſubmanare ὑποχείριον ποιεῖν. Dicebant &, a manus volâ, involare. Gloſſ vet. Involo, Κλέπτω. Idem Gloſſ. Summanus, προυμητώς. Alterum vero Gloſſ. Argentorati editum, Sumanus Ἅδης.

Scena, *I tu præ virgo*, v. 20.

CV. *Eodem herclè vos pono & paro, pariſſimi eſtis tibus.*

Priſcianus legit, *Eodem hercle vos paro & pono pariſſimi eſtis hibus*, & ait *hibus* poſitum pro his. Ita & Pareus repoſuit ex Mſſ. Camerarii.

Scena, *Quoi homini dij ſunt pr.* v. 11. ---*reddin' an non virginem,*

Priuſ quàm te huic meæ macheræ obiicio, maſtigia?

V. Cod. habet *obitio*. Repone veterem ſcripturam *objcio*. Sic autem dictum, ut reiculum, pro reiiculum.

Scena *Phædrome propera*, v. 15.

D

PH. *Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem*

Me repoſcis? MIL. *quam ab lenone abduxti hodie, ſcelus viri.*

PH. *Nullam abduxi.* MI. *certè eccistam, video,* PH. *virgo hæc libera eſt.*

Sic ego perſonas colloco.

CVR. *Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem*

Me repoſcis? MIL. *quam ab lenone abduxti hodie ſcelus viri.*

CVR. *Nullam abduxi.* MIL. *certè eccistam video,* PH. *virgo hæc libera eſt.*

Scena, *Argentariis malè credi*, v 29.

MIL. *Nihil agit: collum obstringe homini* PH. *iam, iam faciam ut iuſſeris.*

MIL. *quando vir bonus es, reſponde quod rogo.*

Malim ex vet. Cod. ita diſponere

---homini. CAP. *iam, iam faciam ut iuſſeris.*

Sunt enim hæc verba lenonis, iam propter metum morem gerentis.

IN CASINAM.

IN hac Comœdia Mſſ. Lang. ubiq; ſcriptum habent Stalinus, non Stalino.

Scena, *Non mihi licere*, v. 10.

Quid in urbe reptas villice hîc magni preti?

Lego ---- *villice haud magni preti?* Primũ faſtidium eſt in eo quod ſit villicus, ac eum propterea non deceat in urbe reſtare, poſtremum quod non ſit magni precii.

Scena, *Obſignate cellas*, v. 9. ----*amatorem*.

Vlciſcar: ego pol illum probè incommodis
Dictis angam: faciam uti, proinde ut eſt dignus,
Vitam colat, Acheruntis pabulum, flagitii
Perſequentem, ſtabulum nequitiæ.

Τὸ *Acheruntis pabulum* & quæ ſequuntur, refert Acidalius ad *ulciſcar*, &, *angam*, verba ſupra poſita. Sed nihil opus eſt quod domi habeas, id aliundè emendicari. Latinum & Plautinum eſt, *faciam Acheruntis pabulum & flagitij perſequentem uti vitam colat.* Sic infra, *virum veniat velim.*

Aulul. Scena, *Nimium lubenter.*

V. 5. *meminerint ſeſe unde oriundi ſient.*

Vide quæ annoto ad Amphitruonem.

Scena, *Bene vale Alc.* v. 10.

V. 13. ---- *nunc hinc*

Meas fortunas eo queſtum ad vicinas.

Lego, *ad vicinam.*

Supra verſu 2. huius Scenæ. *Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam.* Et vera

ſu huic proximo, *Sed foris concrepuit, atq; ea ipſa, eccam, egreditur Foras. Ea ipſa* nempe vicina, non vicinæ.

Scena, *Sequimini Comites.* v. 9.

Nam ego ibam ad te MV. *& pol ego iſtuc ad te, Sed quidnam, &c.*

Vetus Cod. non habet *Nam.* Lege, *Iam egoibam ad te.*

V. 36. *Nam peculi probam nihil habere addecet,*

Clam viro: & quod habet, partum ei haud commodè eſt,

Quin viro aut ſubtrahat, aut ſtupro invenerit.

Lege *clam virom.* Sæpè tamen apud hunc comicum, *clam* poſitum cum ablativo. Neſcio an librariorum culpa. Certè contra regulas grammaticorum. De hoc alii viderint.

V. 34. *Satin' ſana es? nam tu quidem advorſus tuam iſtam rem*

Loquere, inſipiens, MV *ſemper, &c.*

Procul dubio illa ſunt tribuenda Cleoſtratæ. Sic ergo reſcribe,

CL. ſatin' ſana es? nam, &c. *Res,* ſeptū muliebre, hortus κῆπος. Sic & *negotiolum.* Citat Priſcianus ex Ciſtellaria Plauti, *Datores belliſſimi negotioli ſenices ſoletis eſſe.* Sed

fortaſſe ex Citellaria legendum eſt. Certè in ciſtellaria non extat. Sed ad rem. Ait ipſam ſibi peſſimè conſulere, quod non nolit maritos furtivis amoribus operam dare. *Adverſus tuam rem loquere, Vous parlez contre voſtre chouſe, contre voſtre cas.*

V. 37,---- *CL. vir eccum it.*

MV. Intro abi, appropera, age amabo. CL. impetras.

Abeo. MV. mox magis, cum otium mihi & tibi erit,

Igitur tecum loquar. nunc vale. CL. valeas.

Non dubium eſt quin hæc ab notatis perſonis laborent. Nam re vera Murrhina diſcedit è ſcena, remanet Cleoſtrata. Sic reſcribendum,---- *CL. vir eccum it.*

Intro abi, appropera, age amabo. MV. impetras,

Abeo. CL. mox magis, cum otium mihi & tibi erit,

Igitur tecum loquar, nunc vale. MV. valeas.

Scena, *Omnibus rebus*, v. 11.---- *ſed uxor me excruciat, quia vivit.*

Triſtem aſtare aſpicio, blande hæc mihi mala res eſt appellanda.

Lego ----- *mala merx eſt appellanda.*

Mala merx dicebatur de re aut de homi-

ne nequam. Pſeud.

Ædes ipſum lenonem evomunt. SJ. illic-cine eſt. Ps. *illic eſt. SI. mala merx eſt.*

Item aliàs.---*novi ego illas malas merces.* Ciſtell. ----*mala merx, hera, hæc & callida eſt.*

V. 16, CL. *Obſecro ſanus ne es?* ST. *ſanus quando ted amo. CL. nolo ames.* ST. *non*

Poteſt impetrari. C L. enecas. S T. *vera dicas velim,* CL.*credo ego iſtuc tibi?*ST *reſpice.* Hos verſus ita reſtituo adiuvantibus MSſ. Lang. & v. Cod.

-----*ſanus quom ted amo.CL.nolo ames.* ST. *non*

Potes impetrare. CL. enecas. ST. *vera dicas velim. CL. credo ego*

Iſtuc tibi. ST. *reſpice, ô mi lepos:*

quando interpretamentum erat τῦ *quom: Vera dicas velim,* ut ſcilicet te enecem, cupit enim videre uxorem mortuam, quæ illi amores turbatum it. Legendum autem ſine interrogatione illud Cleoſtratæ, *credo ego iſtuc tibi.*

V. 27. ----S T. *quid id eſt?*

Quid tu ſcis? CL. te ſene omnium ſenem neminem eſſe ignaviorem,

Lego ----*quid id eſt*

Quod tu ſcis? CL. te ſene omnium ſenum

neminem eſſe ign.
Ferri poteſt, *ſenem neminem*, ſed mihi ſic rectius videtur.

Scena, *Qui illum dij omnes*, v. 17.

Et ſitulam huc tecum efferto cum aquâ, & ſortis.

Mſſ. Lang. habent *ſirelum*. Lege *ſitelam* pro ſitellam. Nam veteres literas non geminabant. Sitella & ſitula, idem

Scena ſequente, *Conjiciam ſortis in ſitellam, & ſortiar tibi et Chalino.*

Eadem ſcena, *Eccum exit foras Chalinus intus, cum ſitella & ſortibus.*

Vetus Gloſſ Situla, Κάδος. Dicebantur & καδίσκοι. Ὑδρεῖαι χαλκαῖ, εἰς ἃς καθίεντο αἱ ψῆφοι τῶν δικῶν. Auctor Etym.

Scena, *Una edepol opera*, *v.* 5,

Olym. *Quid tu me verò libertate territas?*
Sambuci liber, & Vet Cod. *Quid tu me hera libertate ter.*

Verſu ſequente,

Quid ſi tu nolis, filiusq; etiam tuus,
Vobis invitis, atque amborum ingratiis,
Una libellâ, liber poſſum fieri.

Legebam, *Quin' ſi tu nolis*, vel *qui ſi tu n.* quod poſtea didici in mentem etiam veniſſe Acidalio.

Scena, *Face Chaline me*, *v.* 5.

Quid ſi propius attollamus ſigna, camusq;
obviam?

Lego *contollamus*. Vt ſupra, in fine Scenæ ſuperioris. *Nunc nos collatis ſignis depugnabimus.*

V. 22. ------*quis vetat?*

ST. *Optimum atque æquiſſimum iſtud eſſe*
iure iudico.
Poſtremò ſi illud quod volumus eveniet,
gaudebimus

Sic perſonas reſtitue---. CL. *quis vetat?*
Optimum atque æquiſſimum iſtud eſſe iure
iudico.

ST. *Poſtremò ſi illud*, &c.

V. 25. ---CH. *tene ſortem, tene.*
Vide quid ſcriptum eſt.

Mſſ. Lang. ----*tene ſortem tibi.*

Vide, &c. Rectè. Sed pro perſonâ CH. reſcribo, CL. Vt Olympioni ſortem tradat Cleoſtrata, Chalino autem Stalino vitandæ ſuſpicionis cauſsâ.

V. 29. ----STA. *verbero,*
Men' te cenſes eſſe? nulla eſt, habe quietum
animum modò,
Quod bonum atque fortunatum, &c.

Scribo,

Men' te cenſes eſſe? CL. nulla eſt, habe
quietum animum modò.

CH. Quod bonum atque fort.

V. 32 *Sed manedum, num iſta aut populna ſors, aut abiegna eſt tua.*

Scribe, ex Priſciano, antiquo modo, *abiegnaſt tua.*

V. 39 OL. *At tu ut oculos emungare ex capite per naſum tuos.*

Mſſ. Lang. *Aut tu ut oc.* Rectè. Sic enim particula *aut* diſiunctivè coniungit hæc verba, cum ſuperioribus illis verſus 37. --- *deos quæſo tu ut quidem hodie canem & furcam feras.*

V. 40, --- *paratum eſſe oportet iam laqueum tibi.*

ST. Periiſti, animum advortite amabo. OL. taceo ST. nunc tu Cleoſtrata,

ego ----- *laqueum tibi.*

Periiſti. ST. animum advortite amabo, aut eſt in vet. Cod. *advortite ambo. OL. taceo.*

V. 62. *Perij, cor lienoſum opinor habeo, iamdudum ſalit,*

De labore pectus tundit.

Turnebus ait, cor lienoſum comicè dici pro morboſo, cum tamen morbo lienis cor tentari non poſſit. Sed quem corporis ſcimus, inquit, eundem cordi etiam morbum aſcivit. Nihil opus erat propriè ita comicè interpretari. Sciunt Medici,

lienoſis familiarem eſſe, παλμὸν τῆς καρδίας, ob vapores melancholicos à liene in cor delatos, quos cum conatur excutere, palpitationem facit. Ergo lienis morbo etiam cor tentatur, ſed κατὰ συμπάθειαν, per multiplices & inſignes arterias, quas a corde lien accipit. Nec ullius rei eſt, quod Turnebus citat ex Mercat. act. I. ſc. 2. Vbi ait Leno, *lienem ſeditionem facere, & præcordia occupaviſſe.* Nam quî lien ſeditionem non faciat, qui cor etiam, nobiliſſimum viſcus, in conſenſum trahit, & facit ſui vitii particeps? Certè lien, ubi intumeſcit, præcordia dicitur occupare, h, e, hypochondria. Extenditur enim ab hypochondrio ſiniſtro in dextrum cinguli modo. Propterea ait Leno Curcul. Act. 2. ſc. 1.

Nam iam, quaſi Zonâ, liene cinctus ambulo.

Ait ergo Olympio, ſibi cor ita ſalire, præ timore & anxietate, quaſi ſi lienoſus ſit, & laboret παλμῷ τῆς καρδίας.

Scena, Sine modo rus veniat, v. 16. & ſequentibus.

----ut ego vix reprimo labra,
Ob iſtam rem quin te deoſculer, voluptas mea.

CH. *Quid deoſculer? quæ res eſt? quæ voluptas tua?*

OL. *Ecquid amas nunc me?* &c.

Hæc, & ſequentia ita leguntur in vet. Cod.

CH *Quid deoſculer? quæ res? quæ voluptas tua?*

Effodere herclè hic volt, credo, veſicā villico.

VIL. *Ecquis amas nunc me?* SE. *immo edepol me quàm te minus.*

Licet ne amplecti te? CH. *quid amplecti?* VIL. *licet*

SE. *Ut quia te tango, mel mihi videor lingere!*

OL. *Ultra te amator, apage te à dorſo meo.*

CH. *Illuc eſt, illuc, quod hic præfecit huc villicum.*

Et idem me pridem, quom ei advorſum veneram,

Facere atrienſem voluerat ſub januâ.

VIL. *Ut tibi morigerus hodie, ut voluptati fui!*

SE. *Ut tibi, dum vivam, bene velim plus quàm mihi!*

C H. *Hodie herclè, opinor, is conturbabit pedes.*

Solet hic barbatos ſanè ſectari viros.

SE. *Ut ego hodiè Caſinā deoſculabor, Et mihi*

Bona multa faciam, clam meam uxorem, aſtutè!

CH. *Nunc pol ego demum in rectam redij e ſemitâ.*

Hic ipſus Caſinam deperit ſenex, habeo viros. ST. iam.

Herculè amplexari, iam oſculari geſtio.

Hæc ſic multò ſunt meliora quàm ut in vulgatis. Sed in priore verſu lege --- *quæ res*? *quæ voluptas mea*? aut *quid voluptas mea*? Stupens enim Chalinus repetit ipſamet ſenis verba. *Ecquis amas nunc nunc*? eleganter dictum, ea forma qua dicebant, *nullus amo*, pro non amo. CH. *quid amplecti*? *VIL. licet.* Gruterus legit, OL. *quid amplecti licet*? minus rectè. Chalinus ex inſidiis aucupatur illorum verba. & repetens interrumpit. Interruptus villicus reſpondet ſeni, *licere*, ſcilicet amplecti. Sed quid ſi verſu decimo, pro *is conturbabit pedes*, legamus, *is conſtuprabit pedes*? Vt Comicè, pedes dixerit pro pueris a pedibus, quemadmodum Menech. Scena, *Bene obſonavi*, v. ultimo, *navales pedes* dixit pro remigibus. Si hic ſenex barbatos viros ſectatur, qualis villicus, quantò magis pueros inveſtes, quales fermè pueri à pedibus? Verſu penultimo, ubi erat in vulgatis,

Ipſius Caſinam deperit, hic rectè poſitum, *Ipſus Caſinam deperit.* Et pro, ---*deperit.* ST. *abeo rus*, optimè hic ſcriptum eſt, *deperit, habeo viros.* ST. *iam her* Senex enim non erat rus diſceſſurus, quamvis id ſimularet, ſed locũ ſibi paraverat apud vicinũ, ubi cum Caſina nuptias faceret. *Habeo viros*, h, c, teneo viros. De reliquis lector iudicabit.

Scena, *Nunc amici an ne inimici, v.*11.

AL. *Meminero?* ST. *hem, nunc enim tu demum nullo ſcito ſcitus es,*

Cura, ego ad forum modò ibo, jam hic ero. *AL. benè ambula.*

Lege, *AL. Meminero? hem! nunc enim tu demum nullo ſcito ſcitus es.*

ST. Cura, ego ad f.

Ait Alceſimus, non æquum fore, ſi ſuos ſervos & ancillas, ſuo cum cibo, alienis negotiis curaturos, mittat. Vt legiones quæ Camilli edicto in Gallico tumultu, cum cibo ſuo, Sutrii præſto fuere.

Scena, *Nulla ſum, nulla ſum*, v.50.

-----*ſed etiamne habet & nunc Caſina Gladium? PA. habet, ſed duos, ST. quid duos? PA. altero te occiſurum ait, Altero villicum hodie.*

Lego, PA. *habet & duos.* Elle en a biẽ deux.

Scena, *Vide fur ut ſentes, v. 9.*

------ST. dabo μέγα κακὸν (ut ego opinor)
Niſi reſiſtis OL. ὦ ζεῦ, potin' a me abeas, niſi
me vis vomere.
Hodie?

Mſſ Lang *niſi reſtis.* Rectè opinor, *reſtis* pro reſtas, h, e, manes Vide notam ad Aſinariam, Scena, *Quid hoc eſt negotij,* v. 44. Sic autem diſpunge ſequentia. *O L. ὦ ζεῦ! potin' a me abeas? niſi me vis vomere Hodie.*

V. 20,------*gladium*
Ancilla Caſinam intus habere ait, quî me
atque te interimat.

Mſſ. Lang. prò *interimat* habent, *invitet,* ex quo facio *evitet,* h, e, vita privet. Sic apud Ciceronem, 3. Tuſcul. ex veteri Poëta, *Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari.* Gloſſarium Argentor. Evito, Ἐκαρίζω. Hic τὸ ἀντιβαλλόμενον irrepſerat in ſedes verbi primarii.

Scena, *Senſim ſuperattolle limen pedes, v. 19.*
Corpuſculum mellitulum! F L. mea uxorcula.

Gulielmius facit, *molliculum,* pro mellitulum, quia Mſſ. Lang. habent *mœlliculum.* At ego puto ſcriptum fuiſſe *moëliculum,* pro molliculum. διαλύσει veteribus frequẽti, ut *oloë* pro illi. Sunt autem *mollis &*

liculus verba laſciviæ plena. Hac ipſa mœdiâ.---*ſed lepide volo Molliculas eſ- ut ipſa mollicula eſt.*

ullus, *Qui me ex verſiculis meis putaſtis, od ſint molliculi, parum pudicum.* Idem, *na de Thalli, mollior cuniculi capillo, el anſeris medullulà ; vel imula oricilla,* eſcripſit Scaliger, Vel *inula mollicella,* ſt in vulgatis, defendi enim poteſt. Hin- , νεβρός, unde Hinnulus, & fœmininum nula, & ἀρχαικῶς *inula*, nam veteres ue aſpirabant, neque literas gemina- t.

ıa, *Accepta bené & commode,* v 6,--*nec fallaciam*

Aſtutiorem ullus fecit pœta, atq;

t hæc eſt fabre facta à nobis.

Lang. ---- *atque*

æc eſt fabre facta ab nobis. obtunſo, &c. ſi velimus perficere ſenarium, legen- erit, *Hæc eſt affabrè facta ab nobis obt.*

ıa, *Neque quo fugiam, v. 3.*

unc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ridiculo ſumus ambo.

at Lambinus *irridiculum* dici pro val- diculo, cum Cæſar *irridiculè* poſuerit non ridiculè. Nil pote melius quàm l eſt in Langianis,--*atq; ita in ridiculo*

ſumus ambo. In ridiculum ſumus, ita dictum ut in exemplum proponere.

Verſu ſequente. *Sed ego inſipiens nova nunc facio: pudet quod prius non puditum unquã eſt,* MſI. Lang habent, ----*pudetq; cuius non puditum unq.*

V. 7. *Vbi intro hanc novam nuptam deduxi viâ rectâ, clavem Abduxi.*

Mſſ. Lang ---*clavem Obduxi. Clavem,* h, e, vectem, peſſulum. Ita locutus eſt Terentius Eun.

---*peſſulum oſtio obdo.* Poteſt tamen defendi *Abduxi* pro obduxi, ut Abjiſſe pro obiiſſe, & contra obitu pro aditu. Vide Paſſeratium in de cognatione literarum.

V. 43, *Inde foras tacitus proficiſcens, exeo hoc ornatu quo vides.*

Ex *proficiſcens* Palmerius fecerat *præfiſci* *i.* Sed vetus Codex Pariſienſis hanc vocem omittit, non incommodè, *tacitus exeo hoc ornatu quo vides.*

V. 46. *CL Quid nunc? ſatin' lepidè adita eſt vobis manus merito?*

Sed concrepuerant fores. OL. num illa me nunc ſequitur?

Rectè V. C,---*manus? OL. merito,*

Sed concrepuerunt fores: num illa ſenex ſequitur?

Villicus enim cum pſeudo-caſina ſenem reliquerat. Vide verſus 43. & 44 huius Scenæ.

Scenæ, *Maximo ego ardeo flagitio*, Superſcriptæ ſunt perſonæ STALINO, OLYMPIO. At Mſſ. Lang. habent STAL. CLEOSTRATA. Rectè propterea in fine huius Scenæ, ubi ſcribitur,

....OL. *heus Stalino,*

Amator, ST. occidi revocor, quaſi non audiam adibo.

Reſcribo ----CL *heus Stalino*

Amator, ST. occidi revocor, quaſi non audiam abibo, non *adibo.*

7. Adeundam Murrhinam cenſeo mihi, optimum eſt.

Ea dux, ea uxorem meam, ea hanc invenit rimam.

a uxorem meam, Subaudiunt impulit ad llacias. Sed certè hic neſcio quid monti latet. V. Codex habet,

Iis præſtigiis dux fuit uxor, ea hanc invenit rimam.

inor legendum,

In his præſtigiis dux fuit uxori: ea hanc inu. &c.

tabat enim ſenex Murrhinam fuiſſe ban fallaciarum auctorem.

Scenæ, *Vbi tu es*, ſuperponuntur perſonæ in vulgatis CHALINVS, STALINO, OLYMPIO. At vetus Cod addit CLEOSTRATA. MVRRHINA. Rectè ſed addendæ etiam ANCILLÆ.

V.6, *Quid feciſti ſcipione, aut quod habuiſti pallium?*

Lego ----*aut quod habuiſti pallio?* Vt conveniant *Scipione* & *pallio*, & repetant ἀπὸ κοινοῦ τὸ *feciſti*.

Elegans ἔλλειψις eſt præpoſitionis *de*, Cicero. *Quid factum eſt Strabone & Nicoſtrato?* Plautus Moſtell. *Quid hoc homine faciam poſtea?*

Idem, Mil. *Quid facies eâ ma charâ?*

V. 13. *Times ecaſtor.* ST. *egone? manifeſto teneor.* OL. *haud mentire hercle, nam palam eſt.*

ST. Non taces? OL. non hercle vero taceo.

Aiunt hic deeſſe verſus novem; idque patere ex Mſſ Camerarii, At vet. Cod. Pariſ. addit. *Nam paro eloqui quæcunque cætera vidi.* Hinc ſi ſic legamus, aut parum aut nihil deeſſe videbitur ad ſenſum, *OL. haud mentire hercle, nam palam eſt*

Iam, & paro eloqui quæcunq; vidi cetera.
ST. Non taces? OL. non hercle vero taceo.

V. 30. *CL. Age tu, redde huic ſcipionem*

& pallium, CH. tene, ST. libet.

CH. Mihi quidem edepol inſigniìe facta eſt magna iniuria.

Duobus nupſi, neuter fecit quod novæ nuptæ ſolet.

Lege, *.----pallium, CH. libet tene.*

Mihi quidem, &c.

Ad finem fabulæ,

Nunc vos æquum eſt, manibus meritis meritam mercedem dare.

Meritis, h,e, iis qui meruerũt, bonis actoribus. Lambinus non ſat bene accipit. V. C. non habet *meritis.*

JN CISTELLARIAM.

Scena, I. v. 9.

GY. Pol iſtoc quidem nos pretio eſt facile Frequentare tibi. Lege ex Mſſ. Lang.

Pol iſtoc quidem pacto nos eſt facile Frequent.

Frequentare tibi, h, e, facere ut ſimus frequentes apud te, Sic Cicero: *Cùm hic dies frequentaſſet Tribunos*, h, e, frequentes feciſſet.

V. 10, *GY. Raro nimium dabat quod bibe-*

rem, id merum

Infuſcabat, LE. amabo hiccine iſtuc decet?

GY. Inſque faſque eſt, nemo alienus hic eſt.

Suprà, ante, *quod ille dixit qui ſecundo vento vectus eſt*, Ver. C. collocat perſonam Lenæ, non Gymnaſii. Rectè. Sed hic eadem labes veteri Codici quæ reliquis exēplaribus. Sic perſonas reſtitue.

LE. Rarò nimium dabat quod biberem, id merum

Infuſcabat. GY. amabo hiccine iſtuc decet?

LE. Inſq; faſque eſt, nemo al.

Quis non videt ex perſonarum decoro, hæc ita melius diſponi?

V. 24. *LE. Decet pol mea Silenium, hunc eſſe ordinem*

Benevolentem inter ſe, benéque amicitiâ utier.

Mſſ. Lang. habent, *Benevolentis inter ſe.* Rectè pro *benevolentes*, nam ordo nomen eſt collectivum.

V. 32. *Noſtrâ copiâ, nihilo volunt nos poteſſe.*

Cur non legimus? ---*nihilom volunt nos poteſſe.*

V. 69. *SI. Si quid eſt quod d leat, dolet: ſi autem non eſt, tamen hoc hic dolet?*

Lego, *Si quod eſt*, nempe cor, quod nulla

mulier habere exiſtimabatur. Ita & Acidalius. Tum quod ſequitur, --- *tamen hoc hic dolet*, legendum ſine interrogatione, ut *hoc* dictum ſit δεικτικῶς, oſtenſo pectore,

V. 80, *GY. Matronæ magis conducibile eſt*
iſtuc, mea Silenium,
Unum amare, & cum eo ætatem exigere,
cui nupta eſt ſemel.
Verum enim meretrix fortunati eſt oppidi
ſimillima,
Non poteſt ſuam rem obtinere ſola, ſine
multis viris.

Magis ex decoro documenta hæc tribuētur lenæ, cuius eſt meretrices inſtruere, atque ad volgivagam venerem ſtimulare: Vnde & ſtimulatrices lenæ dictæ, Moſtell. Sc. *Iam pridem ecaſtor.*
Vix comprimor quin involem illi in oculos
ſtimulatrici.

Ibidem, *In anginam ego nunc me velim*
verti, ut veneficæ illi
Fauces præhendam, atque enicem ſceleſtam
ſtimulatricem

Item, *Illa hanc corrumpit mulierem, maleſuada vicii lena.*

Certè eadem Philematio lena præcepta dabat,

Matronæ, non meretricum eſt, unum in-

ſervire amantem, &c.

V. 92, *Mater pompam me ſpectatum duxit: dum redeo domum,*
Conſpicillo conſequutus eſt clanculum me ad fores.

Scio Nonium conſpicilium, aut (ſi ita legendum eſt) conſpicillum exponere, *unde conſpicere poſſis*, & citare ex Medico Plauti.
In conſpicilio adſervabam, pallium obſervabam.

Videtur autem conſpicilium ſive conſpicillum, diminutivum à *conſpicione*. Conſpicio autem verbum augurum eſt, quod interpretatur Varro, *quâ oculorum conſpectum finiant*. In conceptis verbis ad finiendum locum augurii causâ. *Interea concretione, conſpicione, cortumione, utique ea rectiſſime ſenſi.* In Gloſſario illo Argentorati edito reperi, *Conſpicilium*, Διόπτεα. Eſt autem Heſychio διόπτεα etiam vox aruſpicinæ. Sed haud ſcio anſit huius loci vera lectio *conſpicillo* ſive *conſpicilio*, nam Mſſ. Lang habent ---- *dum redeo domum,*
Conſpicit: illo conſecutus eſt, &c.

Fortaſſe rectè ut *illo*, contra uſum vulgarem, adverbium ſit de loco, pro illinc, ex eo loco, ubi pompam ſpectatum iueram.

V. 106. *SI. Nunc te amabo, ut hanc triduũ*

hoc ſolum ſinas
Eſſe, & hic ſervare apud me.
Lego; *Eſſe hic, & ſervare apud me.*
Scena, *Idem mihi magnæ quod p* v. 8.
Nam illanc ego olim, quæ hinc flens abijt, parvolam
Puellam, projectam ex angiportu ſuſtuli.
Mſſ Lang. ---*ex angiporto ſuſtuli.* Dicebant veteres Angiportum angiporti, & angiportus, angiportus. Vide Priſcianum.
V. 16. *Puerum aut puellam alicunde ut reperirem ſibi,*
Recens natum, eapſe quod ſibi ſupponeret.
Acidalius legit *quò ſibi ſup.* At ego malim *quos*, refertur ad puerum & puellam.
V. 28. *Hæc ſic res geſta eſt, ſiquis uſus venerit,*
Meminiſſe ego hanc rem vos volo.
Lege ex Mſſ. Lang. *ſi quid uſus venerit.* Ita loquebantur. *ſi quid* pro ſicubi, ſiquando, ſi qua in re opus fuerit.
Scena, *Vtrumque hæc.* v. 12.
Is ubi malam rem ſcit ſe meruiſſe, illicò
Pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit.
Malim *pedibus perfugium reperit*, quaſi dicat, fugâ periculum vitavit. Ac ne in Comico quidem probaverim tam duram metaphoram, quamvis videatur fieri antithe-

ſis mercatoris Lemnii, & compreſſæ virginis quorum hæc filiam, ille fugam pepererit. Sed ſic *perfugium* idem fuerit quod fuga, quod haud ſcio an uſus ferat, cum ſit propriè locus tutus, in quem nos recipere conamur, quoties adverſâ agitamur fortunâ, vulgo aſylum dicunt. Livius, *Pars perexigua, duce amiſſo (quia nullum propius perfugium erat) Romam inermes, & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt.* Velleiius, *Cum fortuna non lectionem daret, ſed perfugium oſtenderet.* Gloſſ. Argent. Perfugium Καλαφύγιον. Et Gloſſ. Greco Lat. Καλαφύγιον, Perfugium, confugium, Refugium, quo ultimo & Galli utuntur.

V. 36. ---*ei rei nunc ſuam*
Operam uſque ſervus dat, ſi poſſiet
Meretricem illam inveni-e, etc. Mſſ. Lang.
Operam uſq; aſſiduò ſervus da-, ſi poſſiet. Rectè. Atque ita reſtituit Pareus ex Mſſ. Camerarii. Sic non opus fuerit, ad explendos numeros, addere *uſpiam*, quod fecit Douza F.

Scena, *Credo ego amorem*, v. 19.
---*tu iam, ſi quid dolebit, ſcias quâ doleat gratiâ,*
Melius Mſſ. Lág. --*ſcies quad.* nẽpe pœna à diis inflictâ, quod non ſervaveris fidem.

V. 21,

V. 21. AL. *Dî me perdant,* ME. *quodcunq; optes velim tibi contingere.*

Mſſ. Lang. - --*quodcunq; optes tibi, cupio cõtingere.* Optare ſibi. Aſin. *tibi equidem, non mihi opto.*

V. 27. *Abi, quære ubi iureiurando tuo ſatis ſit ſubſidij.*

Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

Salivam mihi movet quod eſt in vet. Cod. *Alceſimarche fidei confregiſti teſſeram.* Nam certè de violato hoſpitii iure hic nõ agitur, quod volunt, ſed de fide non ſervatâ. Neque hoſpitalis tantum teſſera fuit, ſed multiplex alia; ut Teſſera militaris teſte Polybio, quam ab Imperatore acceptã, Tribuni militares ad centuriones deferebant, Centuriones ad Decuriones, hi verò ad unumquemque ſuæ decuriæ militẽ. Noſtri utuntur voculâ quam vocant, *mot du guet.* Virg. *it bello teſſera ſignum.* Erat & Teſſera belli ac pacis ſignum. Pomponius. *Q. Mutius ad Carthaginenſes legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato utram vellet deferre, utramq; ſuſtulit, & ait Carthaginenſes petere debere utram mallent accipere.* Erant item teſſeræ frumentariæ, quibus exhibitis, ſin-

guli accipiebant à Præfecto annonæ portionem frumenti. Suetonius in Nerone. *Avium cuiuſque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, veſtis, aurum, &c.* Dicebantur & teſſeræ nummariæ apud Suetonium in Auguſto. *Teſſeraſq; nummarias duplicavit.* Sed & aliæ erant teſſeræ collybiſticę, in quarum locum noſtri habent quas vocant *lettres d'eſchange.* Sic ut ergo in his & aliis penè innumeris rebus, teſſeris utebantur, ita & eos teſſeram habuiſſe veriſimile eſt, quę illis eſſet fidei ſymbolum. Et quemadmodum, proverbialiter, teſſeram hoſpitalem fregiſſe dicebatur, qui hoſpitii ius violarat, Sic & fidei teſſeram, qui promiſſam alicui fidelitatem non ſervarat.

V. 40. AL. *Iuno filia, & Saturnus patruus, & ſummus Iuppiter!*

Tu me, &c Mſſ. Lang habent, *Saturnus patruus Iuppiteris, tu me. &c.* Forſan non malè. Turbatus amore adoleſcens, Saturnum Iovis Patruum vocat. *Iuppiter, Iuppiteris & Iuppitris declinari debuit,* Vt Ceſellio Vindici placet, inquit Priſcianus.

V. 46. *Dei me omnes magni, minutique & patellarii,*

Faxint ne ego dem vivus hodie ſaviū Silenio,

Niſi ego teque, tuamque filiam, meque hodie obtruncavero.

Longè diſcedunt à vulgatis Mſſ. Lang. qui habent,

Faxint ne ego vivus ſenium ſeniem.

Quid ſi ſic utcunq; conficiamus ſenariũ?

Faxint ne ego quidem vivus ſenium ſeniã, vel ſeneam.

Id eſt, ne unquam ad ſenectutis ætatem perveniam, niſi te &c. Gloſſ. Græco-Lat, Γηρῶ, Seneo. Γηράσκω, Seneſco, Catullus:

Nunc placidâ ſenet quiete.

Turbatum, nec mente conſtantem adoleſcentem hęc decent.

V. 53.------*ubi odium occœperit,*

Illam extrudet, quum hanc uxorem Lemniã ducet domum.

Lego -----*extrudet: tum hanc, &c.*

Scena *Audire vocem viſa ſum.* v. 43.

---*ME indicabit, & ſuas*

Ad meas miſerias addet. PH. Fac me conſciam.

Quid nunc vis facere me? LA. intro abi, etc.

Vetus Cod collocat perſonam Phanoſtratæ poſt, *conſciam*, & præcedentia omnia tribuit Melenidi. Hoc me impulit ut legendum crederem,

Ad meas miſerias addet, ah me conſciam!

E 2

PH Quid nunc vis facere me?

Conſciam ſcilicet ſceleris. Non habet animum quietum qui ſibi culpæ conſcius eſt.

Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici.
---hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpâ.

V. 50. ---*PH. Lampadio obſecro, Cura.* Mſſ. Lang. *Lampadiſce Cura.* Infrà tamen etiam poſitum eſt *Lampadio* nō ſemel. Ita & in Pœnulo Milphio, & ὑποκοριστικῶς Milphidiſcus.

V. 58.----*ME. eho tu, quam vos igitur filiam*
Nunc quæritatis alteram? LA. ego dicam tibi.

Mſſ. Lang. *ego deiciam tibi.* Scribe, *deicam tibi*, ἀρχαϊκῶς.

V. 73. *Prius gravida facta eſt, priuſq; peperit filiam.*
Eam poſtquam peperit, iuſſit parvam proiici.

Lege ex vet: Cod.

Prius gravida facta eſt, priùs quam peperit filiam,
Eam poſtquàm peperit, iuſſit p.

Priùs quam peperit filiam, h,e, filiam quam prius peperit, eam, &c.

Scena, *Rem elocuta ſum tibi om.* v. 3.

---- *SI. mater mea,*

Perimus miſeræ. AL. utrum hac me feriam, an ab læva latus?

Mſſ. Lang. ---- *utrum hac me feram an ad lævæ latus?*

Sic numeros explebis--- *utrum hac me ferã, ann' ad lævæ latus?*

Videlicet incubitus erat Alceſimarchus in enſem, ſed ex utro latere incertus, eorum more qui cunctantur vitam amittere. Nam quod ſequitur, *Alceſimarchum non vides ferrum tenentem manu?* non cogit nos retinere Tò *feriam*.

V. 12. *AL. Ecquid agis? remorare? lumen linque. SI. amabo occurrite.*

Ne ſe interimat.. Lego ex Mſſ. Lang.
Ecquid agis? ne morare, lumen linque.

Sic Europa apud Horatium
Impudens liqui patrios penates.
Impudens orcum moror.

V. 17. *Nam herclè iam ad me agglutinandam totam decretum eſt dare.*

Malim ---*agglutinatam totã*, &c. ut quam iam arctiſſimè atque hederis tenacius amplexam teneret. *Agglutinatam dare*, h. e, agglutinare. Sic dictum ut *effectum dabo*, pro efficiam.

Scena, *Nullam ego me vidiſſe* v. 7.

Nam hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli.

PH. quid nuncias

Super anu? LA. ſceleſtiorem in terrâ nullam eſſe alteram.

Malim ut eſt in Mſſ. Lang. ---- *PH. quid nuncias?*

LAM. ſuper anu? ſceleſtiorem, &c.

Verſu altero ſubſequo,

Omnia inficias ire ea quæ dudum confeſſa eſt mihi.

Vet.Cod. *Omnia inficiare ea*, &c. Inficiare formâ activâ ut ſexcenta alia apud veteres. Gloſſ. vet. Inficiat, Απὸριςῖται.

V. 15. -----*LAM. ſi mihi*

Alia mulier iſtoc pacto dicat, dicam eſſe ebriam.

PH. Non ecaſtor falſa memoro, nam obſecro unde hæc gentium?

Aut quis Deus obiecit hanc ante oſtium noſtrum? quaſi

Deditâ operâ, in tempore ipſo, ſpes mihi ſancta ſubvenit.

Lege ----*falſa memoro. LAM. nam obſecro unde hæc gentium?*

Aut quis Deus obiecit hanc ante oſtium noſtrum, quaſi

Deditâ operâ, in tempore ipſo? PH. ſpes mihi ſancta ſubvenit.

Scena, *Niſi quid mihi opis*, v. 12.

Non ſum ſcitior, quæ hos rogem; aut quæ fatigem,
Qui ſemper malo muliebri ſunt lubentes;

Lambinus accipit εἰρωνικῶς; aut reſcribit *inſcitior*, ut ſcitior ſumatur pro ſcita, inſcitior pro inſcita.. Ego ſimpliciſſimo ſenſu accipio, *ſcitior* pro certior, à *ſcio*, ſed tollo interrogationem, quaſi dicat Halliſca, nūquam ego ab his certior fiam, quis ciſtulā abſtulerit, quia ſemper ſexus virilis lętatur muliebri incommodo.

V. 27. *Certè eccum locum ſignat, ubi ea excidit. PH. apparet.*

Malim, *Certè eccam, locum*, &c. *Eccam* ſcilicet mulierem cui ciſtella excidit.

V. 33. *Concilium fuit, ad duos attinet, hi qui ſunt?*
At at, ſingulum video veſtigium.

vet. cod. non malè; *attinet, ſi quis, At at*, &c.

V. 73. *At pol ille quidam, mulier, in nullâ operâ gratuitâ eſt.*
Commoda loquelam tuam, tibi nunc prodimus & confitemur
Ciſtellam habere. HA. at vos ſalus ſervaſſit.

Vet. c. *Commendo loquelam tuam, tibi nūc proderit, confitemur*, &c.

Suſpicor veram lectionem eſſe

PH. Commoda loquela tua tibi nunc proderit, confitemur

Ciſtellam habere. Vt ſit amphimacer in ſecunda ſede. *Commoda*, id eſt comis. Plautus. *Quàm pauci eſtis homines commodi!*

V. 86. *PH. Iſtic quidam edepol mei habitat viri gener:*

LA. Adhinnire equulam poſſim ego hanc
Si detur ſola ſoli.
Nam ita muſtulentus æſtus nares attigit.
PH. Obloquere rurſus, perge porrò dicere
Quot annos nata dicitur HA. ſeptem & decem.
PH. Mea eſt. LA. ea eſt. Ut numerus annorum attulit.
HA. Quod quærebas reperiſti, iam quæro meam.
LA. Pol hæ ſuas ſunt nactæ, quæro tertiam.
PH. Quòd quæritabam filiam inveni meam.
HA. Æquum eſt tenere per fidem, &c.

Vet. Cod. habet,

Muſtulentus ventus nares attigit.
Adhinnire equulam poſſim ego hanc,
Si detur ſola ſoli.
HA. Me reſpondere poſtulas, iniurium eſt ſtipulari me ſemper.

A viris ultra oportet, nihil vires promittere.
Non dubium eſt, quin in poſterioribus his verſiculis adumbretur locus à Priſciano citatus ex hac comœdia, his verbis.

Me reſpondere poſtulas? iniurium eſt, ſtipulari ſemper
Me ultrò oportet à viris, eum quæſtū facio.

Ait Haliſca iniuriam ſibi fieri a Lampadiſco, quod prior eam ſolicitaverit, quæ ultro ſoleat rogare viros, atq; inde quæſtum facere. Decet hæc oratio meretriciam ancillam. Sed verſus ſuperiores omnes ita diſpono & lego.

PH. *Iſtic quidem edepol mei habitat viri gener.*
LA. *Iam muſtulentus ventus nares attigit,*
Adhinnire equulā poſſim ego hanc ſi detur
Sola ſoli.
HA. *Me reſpondere poſtulas? iniuriu's.*
Stipulari ſemper me ultro oportet a viris,
Nihil viris promittere, eum quæſtum facio.
PH. *Obloquere rurſus. perge porrò dicere,*
Quot annos nata dicitur? HA. *ſeptem & decem.*
PH. *Mea eſt.* LA. *ea eſt, ut numeros annorum attulit.*
PH. *quod quæritabam, filiam inveni meam.*
HA. *Quam quærebas reperiſti, iam quæro*

meam (ſcilicet Ciſtellam)

LA. *Pol hæ ſuâs ſunt nactæ, quæro tertiam.* (ſcilicet amicam mihi)

HA. *Æquum eſt tenere*, &c.

JN EPIDICVM.

Argumento v. 7. *Vt ille amicam, hæc quæritabat filiam.*

Hæc poteſt intelligi compreſſa ab Apœcide mulier. Sed malim *hic* ſcilicet Apœcides, & ita reperi in vet. Cod. *Ille* nempe Stratippocles filius Apœcidis, aut Epidicus in gratiam herilis filii.

Scena prima, v. 6.

Venire ſalvom gaudeo. TH *quid ceterum.* EP. *quod eo aſſolet.*

Cœna tibi dabitur. Mſſ. Lang. *quod ſolet*, aut lege *quod aſſolet*, ſcilicet fieri. Cœna dari ſolita ab amicis, peregrè advenientibus.

V. 9. ------T. *Huic gratia.*

EPI. *Quam quidem te iam diu deperdidiſſe oportuit.*

Mſſ. Lang. *Quam quidem iam diu te perdidiſſe op*

Huic gratia, nempe--- *nata ad furta ſiniſtræ*. Vt loquitur Ovidius

V. 17. TH. *Quid tibi vis dicam, niſi quod eſt?* EP. *ut illi responde*, TH. *probè*.

Lego, EP. *Væ tibi, responde*. TH. *probè*.

V. 32. *Mulciber credo arma fecit quæ habuit Stratippocles.*

Travolaverunt ad hoſtes. EP. *tum ille prognatus Theti*

Sine perdat, alia apportabunt ei Nerei filiæ.

Lego --- *tum illa prognatus Theti*

Sine perdat. *Illa* ſcilicet arma, Vide Iliados Homeri Π & Σ.

V, 49 EP. *Quid? iſtanc quam emit, quanti eam emit?* TH. *vili* EP. *haud iſtuc te rogo*. TH. *Redde igitur.*

Meurſius & Grut. malunt. TH. *quid igitur?* & ita reperi in vet. Cod. Sed vulgata lectio magis placet, quæ habet non indignum ſervo iocum. Dixerat Epidicus *haud iſtuc te rogo*. Reſpondet Theſprio, *Redde igitur*, nimirum quia non rogabas quod dedi.

V. 79. *Neque ego nunc, quomodò me expeditum, ex impedito faciam*

Conſilium placet ego miſer. Malim

Nec ſcio nunc quomodò me expeditum ex

impedito faciam.

Conſilium tacet :'ego miſer, &c.

Conſilium tacet, h, e, deſtituor conſilio, nullum mihi conſilium præſto eſt Nihil mihi conſilium ſuggerit. Sic dictum ut *conſilium ſilet, Silent muſæ Varronis* apud Cic. Dixit & Livius, *Tacuit Meſſala*, pro deſtitit à petitione, lib. 7 Dec. 4. Legebat Acidalius *licet*, pro liquet.

Scena, *Rem tibi ſum elocutus, v.* 15.

CH. *Quin edepol egomet clamore diſſatigor, differor.*

Clamore, eorum quibus debeo, *qui me poſcunt clarius* ut locutus eſt ſupra. Eſt tamen in vet. Cod. *amore* non *clamore*, ſed hoc puto melius.

V. 33. EP. *Hercle miſerum eſt, ingratum eſſe hominem, id quod facias bene*

Lego----*hominem, ei quom facias benè.*

V. 38. CH. *Quid iſtic verba facimus? huic opus eſt quadraginta minis*

Celeriter, calidis, Daniſtæ quas reſolvas & cito.

Lego----*Daniſtæ quas reſolvat citò.*

Huic homini Stratippoli. *Calidis*, θερμαῖς, ταχέσι. Tum quòd caliditas auctor eſt celeris motus, tum quòd ipſe motus celer, caloris eſt genitor. Sic alibi dixit, *calidum*

conſilium, calidum mendacium; h, e, audax impudens, promptè ac citò inventum. Eodem ſenſu & fervidum ponitur ab Horatio, Ode I. ----*metaque fervidis*.

Evitata rotis. Rotis fervidis, h, e, celeribus. Et Cicero 1, Off. dixit, *periculoſa et calida conſilia*. Ita & Græci dicunt θερμὸν ἔργον, facinus audax & temerarium. Ariſtophanes in Pluto. ὦ θερμὸν ἔργον κ᾽ ἀνόσιον καὶ παράνομον. Apud Plutarchum in ſymp. θερμότερον ἅπτεσθαι τῆς διακονίας, *celerius adire miniſterium*.

V. ultimo, *Ne hic foras ambulet, neve uſquam veniat obviam ſeni*.

Mſſ. Langi -- -*neve uſquam obviet ſeni*.

Salluſtius in Iug. *Tum primum ſuperbiæ nobilitatis obviatum*. Gloſſ. vet. Obviat, ἀπαντᾷ.

Scena, ST, *tacete, habete an*, u. 2,

----- *acutum cultrum habeo, ſenis qui exenterem*

Marſupium, ſed eccum ipſum ante ædis conſpicor Apœciden.

Qualis volo vetulos duos.

Auxiliantibus Mſſ. Lang. Sic repono

----- *ſed eccos ipſos ante ædis conſpicor Apœcidæ*,

Qualis volo ſenes duos

V. 6. PE, *laudo conſilium tuum.*

AP. *Nam ego illum audivi in amore hære-re apud neſcio quam fidicinam,*

PE. *Id ego excrucior*, Sic perſonas diſpone,

--- PE *laudo conſilium tuum.*

Nam ego illum audivi in amore hærere apud neſcio quam fidicinam.

AP. *Id ego excrucior.*

V. 10. *Age nunc iam orna te Epidice, & palliolum in collum coniice,*

Atque diſſimulato quaſi per urbem totam hominem quæſiveris.

Mihi nulla religio eſt, auxilio Mſſ. Lang. ita reſcribere,

Itáque aſſimulate, quaſi per urbem t.

Terent. Andr. *Nunc tuum eſt officium, has bene ut aſſimules nuptias.* Plaut. capt. *Me eſſe tuum ſervum aſſimulo.* Et apud Tacitum *aſſimulare literas* pro adulterare & confingere.

V. 33. *Quum ad portum venio, atque ego illam illic video præſtolarier.*

Lege ex Mſſ Lang *quum ad portã*, ſic infra.

Ea præſtolabatur illum apud portam.

V. 38. EP. *Sed veſtita, aurata, ornata, ut lepidè! ut concinnè! ut novè!*

Certè non inconcinnè Mſſ. Lang

Sed veſtita aurata ornamenta ut lepidè!

&c, Veſtita ornamenta aurata, ut indutus veſtem Sic habet & vet. Cod atq; ita reſtituit Pareus ex Mſſ. Camerarii.

V 39 PE. *Quid erat induta, an regillam induculam, an mendiculam.*

Impluviatam, ut iſtæ faciunt veſtimentis nomina.

Ut in impluvium induta erat. PE. *quid autem iſtuc mirabile eſt?*

Familiæ herciſcundæ hic lis eſt, quam ego ita dirimo & lego,

------*mendiculam?*

EP *Impluviatam, ut iſtæ faciunt veſtimentis nomina.*

PE. *Ut impluvium induta erat?* EP. *quid autem iſtuc mirabile'ſt?*

Quaſi non fundis exornatæ multæ incedant per vias.

V. 50. *Cani quoq; etiam ademptum'ſt nomen.* EP. *qui?* PE. *vocant laconicum.*

EP. *Hæc vocabula auctiones ſubigunt ut faciant viri,*

PE. *Quin tu ut occepiſti loquere.* Lege,

----PE. *qui?* EP. *vocant laconicum.*

AP. *Hæc vocabula auctiones ſubigunt ut faciant viri.*

PE. *Quin tu ut*, &c,

V. 52. ---EP. *occepere aliæ mulieres*

Duæ poſt me ſic fabulari inter ſeſe · ego abſceſſi ſolens,

Paulum ab illis, diſſimulabam me harum ſermoni operam dare.

Quidam reponunt, *ego abſceſſi ſilens*. Meurſius retinet *ſolens*, & exponit *de induſtria*, neſcio an ſat benè. Malim exponere, *meo more, ex conſuetudine*, ut contra *inſolens, præter conſuetudinem.* Ter, Andria. *quid tu Athenas inſolens?* Sed mihi non placet retineri illud *ſolens*. Lego --- *ego abſceſſi ſolus*

Paulum ab illis, diſſimulabam me harum ſermoni operam dare.

Ie me retirai tout ſeul un peu loing d'elles.

V. 78.---EP. *at deridebitis.*

AP. *Non edepol faciemus.* EP. *immò ſi placebit, utitor*

Conſilium: ſi non placebit reperitote rectius.

Legebam ---- *imò ſi placebit utiminor.*

Conſilium, &c.

Retinent tamen libri omnes *utitor*, ut hoc dicatur ſoli Periphani.

V. 88. *Quia mihi alius dixit qui illinc venit, mane hic affore.*

Lege ex Mſſ. Lang. --- *mane hunc affore.*

V. 95,--EP. *quid tu autem Apœcides?*

AP. *Quid ego iam, niſi te commentum ni-*

mis aſtutè intelligo.

Lego, *Quid ego nam? niſi te*, &c. Tmeſis eſt pro quidnam ego? ſupple dicam.

V. 119. *Epidice eò veni.* EP. *ne abeas prius quam ego ad te venero.*

Mſſ. Lang *ne abitas priuſquam ego.* Cur non ut bitere, præterbitere, ſic & abitere? Infra,

Cave præterbitas ullas ædis, quin roges
Senex ubi habitat Periphanes Platenius.

Scena, *Nullum eſſe opinor*, verſu ultimo,

Ibo intrò, argentum accipiam ab damnoſo ſene.

Illud *damnoſo* interpretantur paſſivè, cui plurima damna contingant. Sed Mſſ. Lang. habent, --- *donoſo ſene.* Nec malè, opinor. Donoſum ſenem vocat ἀεργικός, quod imprudens nolens liberalis eſſet.

Scena, *Feciſti iam officium v.* 21,

ST. *Euge,* EP. *ea iam domi eſt pro illa.* ST. *teneo* EP. *nunc auctorem.*

Dedit mihi ad hanc rem Apœcidem. Vet. Cod. habet,

ST. *Euge, eia iam domi'ſt prœlia Theſſala.* EP *nunc actorem*

Dedit mihi, &c. Venerat mihi in mentem legere.

ST. *Euge, euge.* EP. *ea iam domi'ſt puella*

Theſſala. EP. *nunc auctorem.*

Facetè fidicinam vocat *puellam Theſſalam*, h, e, veneficam quæ ſe vertiſſet in formam filiæ Periphanis, eamque ſe ſimularet eſſe. Infamis fuit apud veteres ob veneficia Theſſalia. Apuleius lib. 2 Metamorph. *Reputanſq; me media Theſſaliæ loca tenere. quo artis magicæ nativa cantamina, totius orbis conſono ore celebrentur.* Plaut. Amphitr.

Ego illum ulciſcar Theſſalum veneficum.

Sed quomodo puella dicetur eſſe domi, quàm primùm in ædes intromitti ait Scena ſequente? An Epidicus de re futura, quaſi iam facta loquitur, quominus de ea Stratippocli dubitare liceat? Certè malim legere.

ST. *Euge, ean' iam domi 'ſt puella Theſſala?*
EP. *non. auctorem*
Dedit mihi ad hanc rem Apœciden, is apud forum manet me.

Quærit Stratippocles, an iam fidicina ſit domi Negat epidicus, ſed ei ſe rei operam dare ait cum Apœcide, quem allegarat Periphanes, ut ſibi in emptione caveret, & a lenone ſatis acciperet. Scena ſequente ait Periphanes,

Sed meus Sodalis it cum prædâ Apœcides,

Venire ſalvom mercatorem gaudeo. & paulò poſt,

Sed tu hanc iubeas intrò abducier. PE. *heus foras*

Exite huc aliquis: duce iſtam intrò mulierem.

Scena, *Cave præterbitas, v. 28.*

---. MI. *volo te verbis pauculis,*

Si tibi moleſtum non eſt. PE *non edepol ſcio.*

Moleſtum non eſt mihi, ſi dicis quid velis.

Douſa legit, *ſi dicis quod velim.* At vet. C. habet,

Moleſtum non eſt, niſi dicis quid velis.

Audacter quamvis legito,---*non edepol ſcio*

Moleſtum non eſſe, niſi dicis quid velis.

Scire non poſſum, moleſtum ne futurum ſit, quod es mihi dicturus, antequam dixeris.

Verſibus ſubſequis.

MI. *Mihi illanc ut tramittas, argentum accipias.*

PE. *Habeas.* MI. *numquid ego apud te, &c.*

At vet. C. habet,

MI. *Mihi illam ut tranſmittas, argentum accipias, abeas,*

Namquid ego. Lego

Mihi illam ut tramittas, argentum accipias,

Abeam, nam quid ego.

Nihil hic circuitione uſus, tribus verbis elocutus eſt quid velit, videlicet amicam accipere, argentum dare, abire. Nec video cur dixerit Periphanes *habeas*, cui nondū de mulieris pretio convenerat cum milite. Si non placet *abeam*, arridet altera coniectura ---- *argentum accipias Obeam.* Sic loquutus eſt Scena ultima huius Com.

Dedin' tibi minas triginta ob filiam?

Aſinaria.

---- *argentum ob aſinos.* Certè niſi *illam* pro *illanc* legas, peribit menſura ſenarii, aut legendum,

Mi illanc ut tramittas.

V. 35. MI. *Eſt ne empta mihi hæc?* PE. *iſtis legibus habeas licet.*

V. 40 ---*quin tu fidicinam*

Produci intus iubes? PE. *hæc ergo eſt fidicina.*

Hîc alia nulla 'ſt. MI. *non mihi nugari potes,*

Quin tu huc producis fidicinam Acropoliſtidem?

Legebam --- *non mihi negari poteſt. quin tu &c.*

Neſcio tamen an non liceat tueri vulgatam lectionem ut *nugari* ſit ſycophantari,

ſycophantiis deludere. Certè ſycophantæ nugatores dicebantur. Pſeud,

Non confidit, ſycophanta hic nequam eſt, nugas meditatur malè. Curcul. Act. 4. Sc. I. *Edepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus 'ſt Phædromus. Halophantam an ſycophantam hunc magis eſſe dicam neſcio.*

Scena, *ſiquid eſt homini, v.* 1,

Si quid eſt homini miſeriarum quod miſereſcat, miſer ex animo eſt.

Lego--- *miſeria ex animo eſt*, id eſt ægritudo animi.

Lucretius, *Qui miſer ex animo eſt, lætatur corpore toto.*

V. 10. ----MV. *pervelim mercedem dare,*
Qui monſtret eum mihi hominem, aut ubi ille habitet. PE. *noſcito ego hanc.*

Mſſ. Lang.--- *aut ubi ille habet.* Rectè, niſi nos verſus cogat legere *habeat.* Habitet Gloſſema huius eſt.

Bacchid. *quo nunc capeſſis tete hinc advorſa avi?*
Cum tantâ pompâ? PI. *huc.* LY. *quid huc? quis iſtic habet.*

Mænech. Prol. *Nunc ille geminus qui Syracuſis habet,*
Hodie in Epidamnum venit.

Scena, *Quid eſt pater; v.* 6.

--- MV. *quia ego hanc quæ ſiet,*

Neq; ſcio, neq; novi, neq; ego hanc oculis vidi ante hunc diem

PE. *Scio quid erres, quia veſtitum atq; ornatum immutabilem*

Habet hæc.

Lambinus pro immutabilem legit *immutatum*, quod valeat mutatum. At ego legendum contendo *innotabilem*, h.e, quem non poſſis agnoſcere, ut pote alium à cõſueto. Suus erat meretricum veſtitus, alius à veſtitu matronarum. Hæc autem meretricio modo erat ornata. *Noto* frequentativum eſt à noſco. Ovid. l Triſt.

Vidi ego confuſos vultus, viſoſq; notavi.

Idem, --- *careat ſucceſſibus opto,*

Quiſquis ab eventu, facta notanda putat.

Hinc & nota cuiuſque rei ſignum eſt quo eam noſcimus. Velleius.

Ex notis corporis magi prædicebant futura.

Gloſſ. Argent excuſſum, Notabilis, Γνωστός. Ergo & innotabilis, Ἄγνωστος.

V. 11. *Quid ego lenocinium facio? qui habeam alienos domi,*

Atque argentum egurgitem domo prorſum.

Lege ex Mſſ. Lang.

Quod ego lenocinium facio? qui habeam alienas domi

Atque &c.

V. 31. ---PE. *ne fle mulier : intrò abi, habeto animum bonum.*

Ego illam reperiam. M V. *hinc Athenis civis eam emit Atticus.*

Adoleſcentem equidem dicebant emiſſe. PE. inveniam, tace,

Lego, *Ego illam reperiam, heic Athenis civis eam emit Atticus.*

M V. *Adoleſcentem equidem dicebant emiſſe.* PE. *inveniam, tace.*

Scena, *Male mihi morigerus*, v. 28.

----ST. *domi eſt.*

Satin ego oculis utilitatem obtineo ſinceré, an parum?

Hæc tribuenda ſunt Epidico, ut ſequentia indicant, quod fecit Pareus. *Oculis utilitatem obtineo*, h, e, oculis utor, video, certo Vtilitas hic χρῆσις eſt, non χρησιμότης. At quod ait *domi eſt*, intelligendum de Strattippocle, qui domum ingreſſus erat, ut ad Daniſtam pecuniam efferret. Eo autem præſente, nolebat Epidicus cum Acropoliſtide colloqui.

V. 41. ST. *Nunc enim tu mea es*, VI *ſoror quidem edepol, ut tu æqué ſcias,*

Salve frater. ST. *ſanan' hæc eſt?* EP. *ſana ſi appellat ſuum.*

Mſſ. Lang. *dum appellat ſuum.*
Lege, *cum appellat ſ.*
Scena, *Satin' ille homo.* v. 30.
PE. *Cedo manus igitur.* EP. *morantur nihil, atque arcte colliga.*
Nihil vero obnoxioſe. PE. *facto opere arbitraminor.*
Mſſ Lang. *Nihil vero obnoxio.* PE. *facto op.* quod malim. *Nihil obnoxio*, id eſt, innocenti. *Facto opere arbitraminor*, h, e, ubi colligavero manus, tum demum lis diſceptetur, ac iudicium feratur, utrum tu obnoxius ſis an non.
V. 34. PE. *Quâ fiduciâ auſus primùm, quæ empta eſt nudius tertius,*
Filiam meam dicere eſſe? EP. *lubuit; eâ fiduciâ.*
PE. *Ain' tu lubuit? EP. aio, vel da pignus ni ea ſit filia.*
Lego, ---- *vel da pignus ni emſim filiam.* *Emſim* pro emiſſim, quod eſt emerim. Nō ait ſervus eam fidicinam eſſe Periphanis filiam, alioquin mentiretur atque hæreret in luto, ſed ſe emiſſe filiam Periphanis, quod certè verum erat, nempè eam quam ſecum advexerat Stratippocles. Sic ſenem captat.

V. 41.

V. 41, *PE. Quomodo me ludos feciſti, de illâ conductitiâ*

Fidicinâ?

Lege ex Mſſ. Lang.---*me ludifeciſti de illa c.* Ludifacere & ludificare, ut ædifacere & ædificare. Plautinum tamen eſt, ludos facere aliquem.

V. 50. AP. *Quid illud Epidice eſt negotij?*

EP. maxima hercle iniuriâ,

Vinctus aſto, cujus hæc hodie operâ inventa eſt filia.

Lego, *vinctus artor, cuius huic operâ inventa eſt filia*

Artor ſive arctor, h,e, cohibeor. In Gloſſario Argentorati edito, Arto, στενόω. Gloſſ. Philoxeni, Artat, στενοχωρεῖ. Artæ, ἐσφιγμένοις, ubi reſcribendum, Artè, ἐσφιγμένως. Vide notam ad Aſinariam, v. 67. Scenæ primæ.

V. 54. *AP. Quam ne hodie per urbem uterq; ſumus defeſſi quærere.*

EP. Ego ſum defeſſus reperire, vos defeſſi quærere.

Acidalius reponit *quem ne*, ſcilicet te Epidicum, Sed nihil erat mutandum, *Quâm ne*, nempe filiam Periphanis. Dixerat Periphanes ſupra ---*habeto animum bonum, ego illam reperiam.*

IN BACCHIDES.

Scena prima, v. 48,
Vbi ego tum accubem? BA. *apudme, mi anime, ut lepidus cum lepidâ accubet.*
Lego----*accubes.*
V. 57. BA. *Age igitur, equidem pol nihili facio niſi cauſâ tuâ*
Vet. Cod.---*equidem pol nihil facio niſi c.*
Scena, *Iamdudum Piſtoclere.* v 17,
LY. Non hic placet mihi ornatus. PI. nemo ergo tibi
Hæc apparavit, mihi paratum eſt cui placet. Repono
-----*nemo ergo tibi*
Hunc apparauit: mihi paratu'ſt, cui placet
Hunc ſcilicet ornatum. vel ut eſt in vet. Cod.
Hoc apparauit: mihi paratum eſt cui placet.
V. 28. *Tace atque ſequere Lyde me. LY. illuc ſis vide.*
Hæc ſic immutaveram, *Tace neque ſequere Lyde me*, propter ſequentia illa Piſtocleri verba,
Non par videtur; neque ſit conſentaneum,

Cum herus hic intus ſit, & cum amicâ ſuâ accubet,
Cumque oſculetur, & convivæ alij accubent,
Præſentibus illis pædagogus una ut ſiet.
Sed vulgatam lectionem retinendam cenſeo. Dixerat Lydus,
--- illuc ſcis vide
Non pædagogum iam me, ſed lydum vocat.
Reſpondet Piſtoclerus,
Non par videtur neque ſit conſentaneũ. &c.
Quaſi dicat, Propterea ego te Lydum voco non pædagogũ, quia non ſit decorum pædagogum adeſſe amanti, atque oſculanti diſcipulo, Iam igitur mihi Lydus eris non pædagogus.
V. 6. *LY. Edepol feciſti furtum in ætate malum,*
Quum iſtæc flagitia me celaviſti & patrem
Vet. Cod. *---feciſti furtum ætati malum*, h, e, vitæ tuæ non conducibile. Sic loquutus eſt ſupra,
Compendium edepol haud ætati optabile
Feciſti, cum iſtanc nactu 's impudentiam.
Certè malum furtum facit, qui ſua celat vicia. Alludit ad uſum Græcorum, qui verbo, κλέπτειν utuntur, ἀντὶ τοῦ κρύπτειν· Hippocrates aureo libello, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ

τρωμάτων, in quē quæ & nos, poſt tot alios, ſumus commentati, brevi ſi Deus voluerit, edemus in lucem, Συγκλέπτει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου. Συγκλέπτει, fallit, latet Idem ibidem.
Συγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὗται αἱ ῥαφαί, ῥωγμοειδέες φαινόμεναι, καὶ τρηχύτεραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου.

Scena, *Mirum eſt me ut redeam*, v 30.

PI. Immò, ut eum credis, miſera amans deſiderat.

CH. Scitum iſtuc. PI. immò Chryſale, hem non tantulum

Intermittit tempus, quin eum nominet.

Scitum, licet interpretari commodè: quòd ſcilicet ſit amor mutuus, qui idem ſolet eſſe, *amor cultu optimus*, ut ait aliâs. Sed cum vet. Cod. haberet, *Dictum iſtuc*, legendum credidi, *Fictum iſtuc*. Meretricum eſt fictè amare. Ait igitur amorem fingere Bacchidem. Corripit Piſtoclerus, aitq; nihil eſſe ficti. Eius rei indicium eſſe, quod frequentiſſimam faciat Mneſilochi mentionem.

V. 39. *Ni nactus venerem eſſem, hanc Iunonem dicerem.*

Vt. Cod: non malè, --- *hanc Iunonem ducerem.*

Scena, *Ibo in Piræum*, v. 7.

CH. *Heu cor meum & cerebrum Nicobule finditur,*

Iſtius hominis ubi ſit quaque mentio.

Lego --- *ubi ſit quumq; mentio.* Tmeſis eſt pro ubicumque ſit mentio. Ferri tamen poteſt vulgata lectio.

V. 21. *Vulcanus, ſol, Luna & Dies, Dei quatuor,*

Sceleſtiorem nullum hoc illuxere alterum.

NI. *Quemne? Archidemidem.* CH. *quàm, inquam Archidemidem.*

Legebam *quámne Archidemidem?* quod & Grutero venerat in mentem.

V. 37. *Damnatus demum vi coactus reddidit Ducentos et mille Philippum. NI. tantum debuit?*

Lege ſine interrogatione --- *tantum debuit.* Nam re vera, nec plus ille debuit, nec plus attulerat Chryſalus. Dixit ſuperiori Scena. ---- *mille et ducentos Philippos attulimus aureos.*

Neque par eſt neſciviſſe Nicobulum quàtum debuerit hoſpes Archidemides.

V. 45. *Dum circunſpecto, atque ego tum lembum conſpicor.*

Longum eſt rigorem maleficum exornarier.

NI. *Perij hercle, lembus ille mihi lædit latus.*

Expungo hinc verſum illum; *Longum eſt rigorem, etc.* & colloco poſt verſum 55. ſic

Vbi portu exiimus, homines remigio ſequi,
Longum eſt rigorem maleficûm exornarier,
Neque aves neque venti citius. &c,

Maleficûm rigorem, h, e, maleficorum robur, τ̀ τόνον, in remigando ſcilicet. *Exornarier*, id eſt exornare, ornatè eloqui. Activè poſitum, ut Curcul. *viderier* & *nocerier*.

Hac nocte in ſomnis viſus ſum viderier
Procul ſedere, longè a me, Æſculapium.

Item ibidem.

Neque diem decet me morari, neque nocti nocerier.

Neque aves, neque venti citius, ſupple ſequi potuiſſent. Quidam pro *rigorem* fecerunt *vigorem*. Sed nihil muto. Certè τ̀ τόνον Celſus rigorem vertit; Hinc rigidus & rigiditas. In Gloſſario vet. reperias Rigidum, ἰσχυρόν. In eum fermè ſenſum dicitur *ferri rigor* Virg. 1. Georg. &, *rigor orationis* Quintil. lib. 9, cap. 3. & *rigoratus*, Plinio lib. 17. c. 23, pro firmior factus. *Alliganturque unà conciliati, virgultorum comitatu ubiter rigorati, quà deficiunt.* Scio aliter viſum fuiſſe Mureto & Acidalio. Sed ſua

cuique placent. Hunc verſum neſcio cur penitus ab ſuâ editione ablegaverit Pareus.

Scena, *Amiciorem nunc*, v. 4.

Næ illa illud herclè cum malo fecit ſuo, meo.

Quidam hæc ita accipiunt, quaſi *meo* ſit correctio eius quod dixerat *ſuo*: Camerarius vero una dictione legit *ſuo-meo*, quaſi velit Mneſilochus utriuſque incommodo factum, ut Sodalem Bacchis ſibi prætulerit. Ita ſpondeus fuerit in fine ſenarii Iambici, Scazontis modo, & *ſuo-meo* erit diſyllabum. Ego non dubito quin *ſuo* & *meo* ſint diverſæ lectiones, quarum una tandé è margine irrepſit in textum non inductâ priore. Idque eò facilius fuit, quod ambæ ſine iacturâ ſenſus tolerari poſſint. Propterea Tò *meo* audacter deleo.

Scena, *Quid iſtuc? quæ iſtuc*, v. 23.

PA. *Vale dentifrangibile. PI. & tu integumentum vale.*

Lege--- *dentifrangibule*. Sic ſupra, *Ita dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt*. Sic habet & vet C. Sumuntur tamen etiam activè, verbalia in *bilis*, ut docet Priſcianus.

Scena, *Atridæ duo fratres*, v. 12.

Non ſunt tabellæ, ſed equus quem miſère
Achivi ligneum
Epius eſt Piſtoclerus, ab eo hæc ſumpta,
Mneſilochus Sinon eſt.

Vet. Cod. habet Epeius. Rectè. Græcis Ἔπειος. Epeum vocat Virg.

---*equi fabricator Epeus.* Pergo & lego ---*ab eo hæ ſumptæ, Mneſilochus, &c.* Hæ, ſcilicet tabellæ quas obſignatas & conſignatas geſtabat, quarum fabricator Piſtoclerus, ut equi Duratei Epeus.

V. 17. *Tum quæ hic ſunt ſcriptæ litteræ, hoc*
in equo inſunt milites
Armati, atque animati probè. Lego,
Tum quæ hic ſunt ſcriptæ litteræ, hoc in equo,
ſunt milites
Armati, atque,&c.

Hic, id eſt in his tabellis, quod μεταφορικῶς interpretatur, *hoc in equo.* Æquiparat enim tabellas ſuas equo Troiano, Literas vero in tabellis exararas, militibus armatis equo Troiano incluſis.

V. 24. *Is Helenam abduxit, cui cauſſâ*
nunc facio obſidionem Ilio.

Lego *quî cauſſâ*, pro quâ cauſſâ, h, e, quâ obrem, qua de cauſſa.

V. 37. *Cum cenſuit Mneſilochum cum uxore*
eſſe dudum militis,

Ibi vix me exſolui, &c. Vet. Cod. habet *Ibi me iniun. it ſolvi.* h, e, ſenex tum me ſolvi iuſſit, qui prius vinctus eram.

V. 41. *Item ego dolis me illo expuli periculo, et decepi ſenem.*

Pro *expuli* correxerat Acidalius *exſolvi.* Sed magis facit ad meum palatum *extuli*, ut ſit, tuli me extra illud periculm. Certè non eſt hoc illo deterius.

V. 44. *Ego eum adeò uno mendacio devici, uno ictu extempulò*
Cepi ſpolia. Sic diſpungo,
Ego eum adeo vino mendacio deviti, uno ictu: extempulò
Cepi ſpolia.

Vno mendacio, quod fuit veluti ictus quo unico devi&us eſt ſenex.

V. 52, *Nunc Priamo noſtro, ſi eſt quis emptor, coemptionalem ſenem*
Vendam ego, venalem quem habebo extẽplo, ubi oppidum expugnavero

Lego, *Nunc priamom noſtrom, ſi eſt quis emptor, coemptionalem ſenem, Vendam ego, venalemque habebo, extemplo ubi oppidum expugnavero.*

Scena, *Quicunque ubi ſunt, v. 27.*

PH *Quid tibi ex filio nam, obſecro, agri eſt?*
NI. *ſcies, id: periit*

Cum tuo, atq; ambo æque amicas habent.
Vet. Cod. --, *ſcies. is perijt Cum tuo, &c.*

IN MOSTELLARIAM.

ARgumento v. 5,
Et inde primum emigratum eſſe, intervenit, &c.

Lego *Et inde pridem emigratum eſſe.*
Pridem, πάλαι.

Scena, *Habeo Neptunē*, ait Tranio hero ſuo,
Quia ſeptem menſes ſunt, cùm in haſce ædes pedem
Nemo intro tetulit, ſemel ut emigravimus.

Scena, *Exi e culina*, v. 20,
Corrumpe berilem filium, adoleſcentem optimum.

Vet. Cod. rectè omittit *filium*, eſt enim Gloſſema. Et ſic manet verſus ſenarius nulla, m, eliſa.

V. 46. *Tu fortunatus ego miſer: patiunda ſunt.*
Meum bonum me, te tuum maneat malum.
TR. *quaſi invidere mihi, &c.*

Perſonas ita immutaverat Muretus. Mi-

hi non diſplicet vetus lectio.

Tu fortunatus, ego miſer: TR. *patiundum eſt.*

Meum bonum me, te tuum maneat malum.

Quaſi invidere, &c.

Aut ſi quid mutandum, lego,

---- TR. *patiundum eſt.*

GR. *Meum bonum me, te tuum maneat malum.*

TR. *Quaſi invidere*. Certè non erat cur *patiundum eſt*, transformaretur in *patiunda ſunt* Id tantum moneo, ne ubi verſum metieris, m, elidas in *patiundum*. Verba ſunt inſultantis Tranionis. Sic Galli dicimus, *ſi faut-il l'endurer.*

Scena, *Recordatus multum, v.63.*

---- *nunc ſimul res, fides, fama, virtus,*

Decuſq; deſeruerunt: ego ſum in uſu

Factus nimio nequior. Douza fil. legit uno verbo *inuſu* pro ignaviâ, incultu. Egò nihil mutandum puto. Reſpondet ei quod dixerat verſu 42.

Vt & in uſu boni & in ſpeciem populo ſint.

Sic Bacchid.

Eadem in uſu, atque ubi periculum facias, aculeata ſunt.

Eadem Acidalio mens fuit.

V. 71. *Quo neq; induſtrior de iuventute erat.*

Arte gymnaſticâ, diſco, haſtis, pilâ,
Curſu, armis, equo, victitabam volupe,
Parſimoniâ & duriciâ diſciplinæ aliis eram:
Legebam *Curſu, armis, equo, vincere erat volupe:*
Sed melius fore arbitror, ſi hæc ita diſtinguantur

Quo neq; induſtrior de juventute erat
Arte gymnaſticâ; diſco, haſtis, pilâ,
Curſu, armis, equo. victitabam volupe
Parſimoniâ et duriciâ. diſciplinæ aliis erã,
Mihi erat volupe parcè & duriter vivere.
Scena *Iam pridem ecaſtor, v. 5.*
---PHILOL. *ô Venus venuſta!*
Hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiam omnem
Detexit, tectus quâ fui: quam mihi amor & Cupido
In pectus perpluit meum, neq; jam uſquam obtigere poſſum:
Lego--- *tectus quâ fui: nam mihi amor, etc.*
V. 14. PHILOL. *Ita me dì ament, ut lepida Scapha ſapit ſceleſta multum!*
Vt lepidè res omnes tenet, ſententiasque amantum!
Sceleſta hic vox non nauci. Legebam audaculè--*ſapit & ſentit multum.* Quo modo Plautus loqui amat. Amph. Scena, *Qui*

me al'er- -ſanè ſapio & ſentio. Sed quid ſi ſic legamus?

Ita me dì ament, ut lepidà Scapha ſapit! ſcit lita multum.

Ut lepidè res omnes, &c.

Lita id eſt, terſa, polita. Cicero ad Q. fratrem. *Lucretij pœmata, ut ſcribis, lita ſunt multis luminibus ingenij.*

V. 34. PHILOL. *Prô Iuppiter! nam quod malum verſatur meæ domi illud?*

Dij deæq; omnes, etc.

V. Cod---*nam quid, malùm verſatur meæ domi?*

Dij deæque omnes. Verſatur nempe maleſuada vicii Scapha.

V. 88. SCA. *Video te nihili pendere præ Philolachete omnes homines.*

Nunc ne ejus cauſſa vapulem, tibi potius aſſentabor.

Si acceptum ſat habes, tibi fore illum amicum ſempiternum.

Exiſtimo hic malè adiectum ultimum illum verſum, ex pagina præcedente, ubi ſcribitur, *Si tibi ſat acceptum eſt fore amicum tibi ſempiternum*, & tacitam apud ſe hæc Scapham loqui, *Nunc ne ejus cauſſa vapulem, tibi potius aſſentabor.* Expunxit & Pareus illum verſum in editione ſua.

V. 93, SCA. *Mulier quæ ſe ſuamque ætatem ſpernit, ſpeculo ei uſus eſt.*

Quid opu'ſt ſpeculo tibi, quæ tute ſpeculo ſpeculum es maximum.

Nullo immo pravo ſenſu. Sic putavi reponendum

Mulieri, quî ſe ſuamq; ætatem cernit, ſpéculo uſu' ſt.

Quid opu'ſt ſpeculo tibi, quæ tute ſpeculo ſpeculum es maxumum?

Q*vî* pro quo, & *cernit* pro cernat. Sed numquid melius quod eſt in vet. Cod.

Mulier quæ ſe ſuamq; ætatem ſpecit ſpeculo, eluſa'ſt.

quid opu'ſt ſpec. Quod minus lucidum eſt lucidiori ſpeculum eſſe non poteſt.

V, 95. PHILO. *Ob iſtuc uerbum, ne nequicquam, Scapha, tam lepide dixeris.*

Dabo aliquid hodie tibi peculi, Philematium mea.

Non video quomodo hæc conveniant, niſi poſt *peculi* punctum ſcribatur, & *Philématium mea* ſit exclamatio amantis.

Scena, *Adverſum venire mihi, v. 15.*

CA. *Sine cadere me. DE. Sino: ſed & hoc quod mihi in manu eſt,*

Si cades, non cades, quin cadam tecum.

Lego, CA. *Sine cadere me; DE. ſin...*

CA. ſed & hoc quod tibi in manu eſt.

DE. Si cades, &c. Venerat & Acidalio in mentem legere *tibi* pro *mihi*, ſed non immutatâ perſonâ Exponit autem *quod tibi in manu eſt*, me quem tenes. Fruſtrà, cum prius dixerit, *ſine cadere me.* Ego turpe aliquid intelligi puto, nempe paſſerem Catulli, quem meretrix manu teneret.

Scena, *Iuppiter ſupremus, v 51.*

DE *Morigeræ tibi erimus, ambæ.* PHI. *ita ille faxit Iuppiter!*

TR. Animum advortito Non dubito quin vera ſit lectio quam præfert vet Cod.

---- erimus ambæ. TR. *ita ille faxit Iuppiter! Animum adu. Ita faxit Iuppiter*, ſcilicet ut ſitis mihi ambæ morigeræ. Notum quid ſit, mulierem viro morem gerere.

Scena, *Habeo Neptune. v. 47.*

TH. *Quid iſtuc eſt ſceleſte? aut quis id fecit? cedo.*

Lego, *Quid iſtuc eſt ſceleſti?* Dixerat Tranio ſcelus factum eſſe antiquum & vetus. Rogat Theuropides quodnam ſit illud ſcelus, & quis commiſerit. Certè non erat cur Theuropides Tranionem ſceleſtum vocaret, cui nondum iraſcebatur.

V. ultimo, *Quid ego hodie negotij confeci, malùm?*

Scio quàm ſit tritum hoc verbum, *malùm*, comicis, ſed hîc quî convenit? Lego

Quid ego hodie negotij confeci mali?

Quid mali negotij confeci? h, e, quantas turbas dedi?

Scena, *Sceleſtiorem ego annum*, v. 1.

Sceleſtiorem ego annum argento fœnori
Nunquam ullum vidi, quàm hic mihi annus obtigit.

Vet Cod habet

Sceleſtiorem annum locando argentum fœnori
Nunquam ullum vidi, quàm mihi annus obtigit.

Vix mihi tempero quin legam,

Sceleſtiorem annum locando fœnori
Nunquam ullum vidi, quàm mihi hornus obtigit.

Aut-- *quàm mî hic annus obtigit.*

Locando fœnori, ſubaudi *argentum*, quod & ipſum è margine irrepſerat in textum. *Hornus* hîc annus, ut horno hoc anno. Vnde & hornus, horna, hornum, h, e, hornotinus, hornotina, hornotinum. Hor. 2. Epod *Et horna dulci vina promens dolio.* Lucillius apud Nonium, *Vtrum anno an horno te abſtuleris a viro. Anno*, h, e, anno ſuperiore, *horno* vero, hoc anno. Quam-

vis autem *horno* adverbialiter poſitum videatur, veriſimile tamen eſt & *hornum* nomen ſubſtantivum fuiſſe, unde factum ſit adverbium *horno*.

V. 13. *Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius,*

Sic ut me habet, verum ut ut res ſeſe habet.

Lego, *Sic ut meus habet.* Meus ſcilicet animus. *Habet*, diſpoſitus eſt, conſcius eſt. Vnâ immutatâ voculâ, elegantiæ opitulatus ſum & numeris. Lambinus vulgatam lectionem exponit; *ſic ut me miſerum habet animus conſcius.* Coacta nimis explicatio, & longè petita, quæque claudicanti verſui medicinam non facit.

V. 45. DA. *Quin tu iſtas mittis tricas?* TR. *nunquam potuiſti mihi*

Magis opportunus advenire, quàm advenis.

Sambuci vet. Cod. & Pariſienſis paucula interſerunt, quæ ego ſic digero.

DA. *Quin tu iſtas mittis tricas?* TR. *quin quidvis cedo.*

DA. *Vbi Philolaches eſt?* TR. *nunquam potuiſti mihi*

Magis opportunus adv.

Certè niſi hæc aut quid ſimile adiicias, nuſquam erit Philolachis facta mentio in hac Scena, cum tamẽ infra dicat Theuropides

Scio quàm ſit tritum hoc verbum,*malùm*, comicis, ſed hîc quî convenit? Lego

Quid ego hodie negotij confeci malį?

Quid mali negotij confeci? h,e,quantas turbas dedi?

Scena, *Sceleſtiorem ego annum, v.* 1.

Sceleſtiorem ego annum argento fœnori
Nunquam ullum vidi, quàm hic mihi annus obtigit.

Vet Cod habet

Sceleſtiorem annum locando argentum fœnori
Nunquam ullum vidi, quàm mihi annus obtigit.

Vix mihi tempero quin legam,

Sceleſtiorem annum locando fœnori
Nunquam ullum vidi, quàm mihi hornus obtigit.

Aut-- *quàm mî hic annus obtigit.*

Locando fœnori, ſubaudi *argentum*, quod & ipſum è margine irrepſerat in textum. *Hornus* hîc annus, ut horno hoc anno. Vnde & hornus, horna, hornum, h, e, hornotinus,hornotina,hornotinum.Hor. 2.Epod *Et horna dulci vina promens dolio.* Lucillius apud Nonium. *Vtrum anno an horno te abſtuleris a viro.* *Anno*, h, e, anno ſuperiore, *horno* vero, hoc anno. Quam-

vis autem *horno* adverbialiter poſitum videatur, veriſimile tamen eſt & *hornum* nómen ſubſtantivum fuiſſe, unde factum ſit adverbium *horno*.

V. 13. *Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius,*

Sic ut me habet, verum ut ut res ſeſe habet.
Lego, *Sic ut meus habet.* Meus ſcilicet animus. *Habet*, diſpoſitus eſt, conſcius eſt. Vnâ immutatâ voculâ, elegantiæ opitulatus ſum & numeris. Lambinus vulgatam lectionem exponit; *ſic ut me miſerum habet animus conſcius.* Coacta nimis explicatio, & longè petita, quæque claudicanti verſui medicinam non facit.

V. 45. DA. *Quin tu iſtas mittis tricas?*
TR. *nunquam potuiſti mihi*
Magis opportunus advenire, quàm advenis.
Sambuci vet. Cod. & Pariſienſis paucula interſerunt, quæ ego ſic digero.

DA. *Quin tu iſtas mittis tricas?* TR. *quin quidvis cedo.*
DA. *Vbi Philolaches eſt?* TR. *nunquam potuiſti mihi*
Magis opportunus adv.

Certè niſi hæc aut quid ſimile adiicias, nuſquam erit Philolachis facta mentio in hac Scena, cum tamē infra dicat Theüropides

Quid Philolacheté gnatũ compellat meum?
Magis opportunus. Senſus poſtulat ut legatur, *magis importunus*,
V. 66. *Non dat, non debet. DA. non debet?*
TT. *nec erit quidem.*
Ferre hoc potes? Ego ſic reſcribo
-----TR. *nec erit qui det.*
Ferre haud potes, an mavis, &c.
Nec erit qui det, id eſt neque ullus erit qui pro eo argentum tibi reddat, quod petis. *Ferre haud potes*, ſcilicet argentum, nec nos ullo pacto pôtes cogere, ſi nolimus reddere. Niſi malis ita interpretari vulgatam lectionem. *Ferre hoc potes?* nempe hanc conditionem quam ſupra obtuli tibi, ut ſcilicet ad meridiem expectes, vel ut ſortem accipias.
V. 69. *Cui ſortem vix dare licebit.* DA *quin non peto.*
Sambuci cod, *quin ſortem vix.* Rectè. Ne fœnus, inquit, exſpectes. nam ſortẽ etiam vix poterit ſolvere, *quin non peto* ſortem ſcilicet, fœnus enim tantum petebat.
V. 77.---*neque ego tetriorem beluam*
Vidiſſe me unquã quenquã, quàm te, cenſeo.
Sambuci Cod. ---- *unquam quanquam.* *Quamquam beluam*, id eſt ullam beluam. Poteſt tamen etiam *quenquam* accipi fœ-

minino genere, ut *quis tu es mulier?*

V. 136. *Quidquid dei dicunt, id rectum eſt dicere.*

Sambuci Codex, *Quidquid dei dicunt decretum eſt dicere.*

Hoc eſt, certus ſum dicere quicquid in buccam venerit, quodque meus mihi ſuggeſſerit genius.

Scena, *Melius anno hoc,* v. 13.

SI. *Quo magis cogito ego cum meo animo,*
Si quis dotatam uxorem domi ſuæ habet,
Neminem ſollicitat ſopor.
Ire dormitum odio eſt: nunc vero mihi, etc.

Sic auguror, --- *domi ſuæ habet,*
Hominem ſollicitat ſæpe ire
Dormitum, odio eſt, nunc vero mihi, &c.

Vel ita diſtingue
Hominem ſollicitat ſæpè, ire
Dormitum odio eſt, nunc v.

Vxor dotata virum ſuum ſæpe ſolicitat de venere, adeò ut moleſta ſit. Virum ſuum ſenem uxor lautè acceperat. Poſt Cererem & Bacchum voluit Venerem accendere. Id noluit ſenex ac foras prorupit ex ædibus. *Ire dormitum* in venereis eſt, ut apud Virg.

---- *placidamque petivit*
Coniugis effuſus gremio, per membra ſoporẽ.

Scena, *Servi qui cum culpa carint, v. 5.*

.... fugiunt, ſed

Hi ſi reprehenſi ſunt, faciunt a malo,
Peculio quod nequeunt facere ſuo,
Augent ex pauxillo, theſaurum inde parant.

Lego *Hi ſi reprehenſi ſunt, faciundo malo*
Peculiom quod nequeunt facere ſuom
Augent ex paxillo. theſaurum inde parãt.

Peculium facere ex paxillo, eſt ex palo pendentem verberibus cædi. Si a fuga reprehenſi ſint fugitivi illi ſervi & nequam, peculium, quod alioquin malè faciendo augere nequeunt, e paxillo pendentes augẽt, acceptis ſcilicet verberibus, qui illis paratiſſimus ac meritiſſimus theſaurus eſt. Eodem ſenſu dixit alias *theſaurum in tergo gerere.*

Scena, *Illi bucædæ erunt v. 1.*

PH. *Illi bucædæ erunt multo potius quàm ego*
Sim reſtio. SER. *mane tu*

Non video cur hęc debeant aliam Scenam conſtituere. Eſt enim continuatio eiuſdẽ ſermonis. Ego annecto ſuperioribus, & unicam ſcenam facio. *Bucædæ* qui bubulis loris cæduntur. *Reſtio* qui ad reſtim, h, e, ad funem, ad ſuſpendium redigitur.

V. 4. SER, *Vide ut faſtidit ſimia.*
PH. *Mihi ſum, libet eſſe. quid id curas?*
Lcgo SER. *Vide ut faſtidioſiſſimu'ſt.*
PH *Mihi ſum.*

Sic melius quadrabunt Phaniſci verba. Nam alioquin, ad quid referetur illud? *mihi ſum,*

V. 9. ---- PH, *vah!*
Oculi dolent. SER. *cur?* PH. *quia fumus moleſtus.*

Vetus Cod. habet *Nun oculi dolent?*
Lege, *Num oculi dolent?* SER. *cur?* PH. *quia fumus moleſtu'ſt.*

Num oculi dolent? ſcilicet tibi. Proverbium eſt *fumos vendere*, de eo qui cum magna polliceretur, nihil præſtaret, ſed eius pollicitationes, inſtar fumi, ſtatim evaneſcerent. Martialis, *Vendere nec vanos circum palatia, fumos.*

D. Hieronymus contra Rufinum: *De tanta librorum ſylva, unum ſurculum ac fruticem proferre non potes. Hi ſunt veri fumi, hæ nebulæ.* Ait ergo Phaniſcus, fumum eſſe quod ſervus ille frugi ſe ſimularet, qui re vera nequam eſſet.

Faire le bon valet & ne rien valoir.

V. 34. TH. *Puer, hic nemo habitat. nam te eſſe arbitror puerum probum.*

PH. *Non hic Philolaches (adoleſcens habitat hiſce in ædibus?*

SER. *Senex hic cerebroſus eſt certè.*

PH. *erras perverſe pater.*

V. Cod. habet ---- *habitat hiſce ædibus* omiſſo *in*. Ego ſic lego

----*habitat hiſce ædibus.* TH. *non.*

SER *Senex hic,* &c.

Scena, *Perij hercle, quid opus, v.* 18.

TH. *Minas quadraginta accepiſti, quas ſciã, A Phil lachete?* Lege

------*accepiſti, fac ſciam, A Philolachete?*

V. 27. TH. *Minas tibi octoginta argenti debeo.*

SI. *Non mihi quidem hercle, verùm, ſi debes, cedo*

Fides ſervanda eſt, ne ire inficias poſtules.

Ego ſic coniicio

SI. *Non memini quidem hercle, verùm, ſi debes, cedo.*

Vt ſit in ſecundâ ſede amphimacer. *Si debes,* h, e, quandoquidem debes. Si coniunctio indicativo juncta, rem magis indubitatam facit, inquit Priſcianus.

V. 37. -----SI. *num quid Tranio*

Turbavit? TH. *immo exturbavit omnia.*

Te ludificatus eſt, & me hodie indignis modis.

Quid tu ais? SI. *hæc res ſic eſt ut narro tibi.*
TH. *Ludificatus eſt me hodie in perpetuum modum.*

Ego his verſibus ſuas perſonas reſtituo auxilio vet. Codicis, & lego.

-----TH. *immo exturbavit omnia.*
SI. *Te ludificatus eſt?* TH. *me, hodie indignis modis.*
SI. *quid tu ais?* TH. *hæc res ſic eſt ut narro tibi.*
Ludificatus eſt me, &c.

Certè ludificatio illa ad ſolum Theuropidem pertinet, non ad Simonem, cui mendacium tantum dixerat Tranio, quo facilius herum deluderet.

Scena, *Qui homo timidus, v.* 1.

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit,
Atque equidem quid id eſſe dicam verbũ nauci neſcio.
Nam herus me poſtquam rus miſit, ut filium ſuum accerſerem, &c.

Ego hic non nauci eſſe ſecundum hunc verſum perſuaſum habeo, ut qui ſit præter rem. Annotatum ab aliquo in margine, qui quid ſignificaret Tò *nauci* ignorabat. Certè docet Feſtus, quam varia atq; incerta fuerit huius vocis interpretatio

apud veteres, cum ait *naucum* ſeu *nauci* alios dicere eſſe id quod in oleâ nucéque intus eſt, alios rerum omnium putamen, alios nugas, alios fabæ granum quod hæreat in fabulo, alios nucis iuglandis medium diſſepimentum, alios ex ναὶ ϗ οὐχὶ contractum. Sed ex eodem liquet, diu eſſe cum hæc illegitima in textũ infarcta ſunt. Citat enim ex Plauti Moſtellaria,

Quod id eſſe dicam verbum nauci neſcio.

Niſi & hæc dicas Feſto inſerta ab ſciolo, aliquo, qui ea legerat in Plauti Moſtellariâ; quod certè verum eſt.

V. 16. TH. *Illicò intra limen aſtate, illic ut cum exemplo vocem,*
Continuò exiliatis, manicas celeriter connectite.
Ego illum ante ædes præſtolabor ludificatorem meum.

Lego TH. *Illic intra limen aſtate, illinc ut cum extemplò vocem,*
Continuo exiliatis manicas celeriter connectere.
Ego illum, &c.

Exiliatis connectere, pro exiliatis ad connectendum. Lorarios alloquitur, & docet quid eos velit facere, cum Tranio affuerit.

V. 36.

V. 36. TH. *Quin iuſiurandum pollicitus eſt dare, ſi vellem, mihi.*

Neque ſe haſce ædis vendidiſſe, neque ſibi eſſe argentum datum.

Dixi ego iſtuc idem illi. TR. *quid ait?* TH. *ſervos pollicitus eſt dare*

Suos mihi omnes quæſtioni.

Sic perſonas reponito.

----- *ſi vellem mihi.*

TR. *Neque ſe haſce ædis vendidiſſe, neque ſibi eſſe argentum datum?*

TH. *Dixi ego iſtuc idem illi, &c.*

V. 40. ---- TR. *quin & illum in ius iube ire.* TH. *iam mane.*

Experiar, ut opinor, certum eſt. TR. *mihi huc hominem cedo.*

Lego *Experiri, ut opinor, certum eſt.* *Certum*, h, e, tutum & ſine periculo. *Experiri* in ius vocare, δίκην λαγχάνειν. Cic. pro P. Quinct. *Si quid in controverſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur.* Idem pro Q. Roſcio Comœdo. *Formulam non noras? notiſſima erat. Iudicio gravi experiri nolebas? Quid ita? Propter familiaritatem veterem?* Dicebant enim experiri ius, experiri iure, & ſimpliciter experiri. Idem Cic. pro Roſc. *Quid ſi tandem aliquem timidum, dementem, divitem*

inertem nactus eſſet, qui experiri non poſſet? Idem pro P. Sextio, *Milo et vidit & fecit, ut ius experiretur, vim depelleret. Altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret, altero uſus neceſſariò eſt, ne virtus ab audacia vinceretur.*

V. 45. *Ego interim hanc aram occupabo.* TH. *quid ita?* TR. *nullam rem ſapis.*
Ne enim illi huc confugere poſſint, quæſtioni quos dabit.
Hic ego tibi præſidebo, ne interbitat quæſtio:

Legebam ----*quid ita?* TR. *nullu' in rem ſapis.*

Nullus ſapis, h. e. non ſapis in rem tuam. Nemo tamen vulgatam lectionem vituperet, quam ego rectam, nec immutandam cenſeo. Sic loquutus eſt aliâs. *Rectè ego meam rem ſapio.*

V. 62. *Nam omnia malefacta veſtra repperi radicitus.*
Non radicitus quidem herclè, verùm etiam eradicitus.

Poſterior hic verſus abeſt a vet. Codice Pariſienſi, nec, opinor, malè abeſt. Eſt enim nihili, & hominis nugaciſſimi fœtura ineptiſſima.

Scena *Vbi ſomnum ſepelivi omnem*, v. 10.
---*de cœna facio gratiam.*

CA. *Quin venis?* TR. *promitte, ego ibo pro te, ſi tibi non libet.*

Vet. Cod. habet ----*ſi ire non libet,*

V, 13. TH. *Non enim ibis, ego ferare faxo, ut meruiſti, in crucem,*

CA. *Age mitto iſta, & ito ad me ad cœnam.* TR. *dic venturum: quid taces?*

V. Cod. TR. *Age mitte iſtæc, & me ad cœnam dic iturum: quid taces?*

Dixerat ſuprà Tranio

Promitte, ego ibo pro te, ſi ire non libet.

V. 55. *Hanc modò unam noxiam, unam quæſo, fac cauſa mea.*

V. C. *Hanc modò unam noxiam, unā quæſo hanc, cauſa mea,*

Subaudi remitte.

IN MENÆCHMOS.

ARgumento, v. 7.

Hic fuerat auctus ille ſurreptitius.

Auctus fuerat interptetantur, adoleverat. Sed neſcio an ſatis Latinè dictum. Legebam *avectus* δισυλλαβῶς, u, liqueſcente, vel *altus* pro educatus. Cicero, *Vides ne igitur, ut ea ipſa urbe, in qua & nata & alta ſit elo-*

quentia, quàm ea ſerò prodierit in lucem?
Scena *Iuventus nomen* v. 28.

Sed mihi intervallum iam hos dies multos fuit,

Domi domitus fui uſque cum caris meis.

Domitus eſt quod aliâs dixit, *manſuetum fame.* Sed ſuſpicor non malè legi poſſe

Domi ſimitu fui uſque cum caris meis.

Ait ſe apud Menæchmum lautè accipi ſolitum ad cœnam. Iam tamen multos dies eſſe, cum non foras eſitaverit, ſed domi aſſiduus fuerit, cum liberis ſuis; ibique ſuo ſibi ſumptu victitaverit. *Simitu*, h, e, ſimul, Amphitruone.

Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.

Pſeudolo Scena *Minus malum.*

Cum eo ſimitu mulierem mitti volo.

Infra hac ipſa Comœdia, Scena, *Nimis ſtultè.*

Ego te ſimitu novi cum Parthaone.

Cum caris meis, eſt cum liberis meis. Quãvis alludat ad edulia quæ carè emebat.

V. 31. *Id quoque iam cari, qui inſtruuntur deſerunt,*

Lego *Ii quoque iam, carè qui inſtruuntur, deſerunt.*

Ludit ex ambiguo. Inſtruuntur liberi

doctrinâ, Inſtruitur epulum eſcis variis, utrumque aliquandò carè. Quaſi dicat, Iam quoque me deficiunt eæ dapes, quas carè emere ſolitus eram ad iuſtruendum epulum. Ita tamen loquitur, quaſi velit intelligi, ſe a ſuis liberis déſeri, quos carè inſtituendos curaret.

Scena *Ni mala, ni ſtulta ſis. v. 8.*

Portitorem domum duxi, ita omnem mihi
Rem neceſſe loqui eſt, quicquid egi atq; ago,

Viciosè citantur hi duo verſus à Nonio. Eos hinc corrige, *Portitorem* vocat uxorem ſuam, h, e, *ſciſcitatricem. Nam portitores*, inquit Nonius, *dicuntur telonarij, qui portum obſidentes, omnia ſciſcitarentur, ut ex eo vectigal acciperent.*

V. 24. *Meo malo a malâ abſtuli, hoc ad damnum deferetur hinc.*
Averti prædam ab hoſtibus, noſtrûm ſalute ſociûm.

Damnum interpretantur meretricem, quę amatoribus merum damnum eſt. Verùm, non eſt amatoris reputare damni quid faciat, cum amicæ largitur. Adde quod verba tum præcedentia tum ſequentia ſatis indicant, malè hic quadrare eam interpretationem. Malim ſic reſcribere.

---- *hoc ad domnam deferetur hinc.*

Domnam pro dominam, ut mnam pro minam. Quanquam poteſt & *dominam* legi. Surripuerat pallam uxori, quam deferret ad Erotium amicam ſuam. *Meo malo* Lambinus interpretatur *damno*, Acidalius *periculo*, Ego furaci ac fallaci ingenio. Veteres autem, quemadmodum & nos, amicas dominas vocabant. Propertius.

Cur quiſquam faciem dominæ iam credat amori?

Idem, *Si quis vult famæ tabulas anteire vetuſtas,*
Hic dominam exemplo ponat inante meam.

Ovid. *Nam furor in dominam temeraria brachia movit.*

Prop. *Outinã traiecta cauâ mea vocula rimâ,*
Percuſſas dominæ vertat in auriculas.

Scena *Anime mi Menæchme, v. 3.*

ME. *Ego iſtic mihi hodie apparari iuſſi apud te prælium*
Hodie ut fieret, in eo uterque pro Ilio potabimus.
Vter ibi melior bellator erit inventus canthαro,
Tua eſt legio, adiudicato cum utro iſtanc noctem ſies.
Vt ego uxorem, mea voluptas, ubi te aſpicio, odi malè.

Sic opinor melius legi

Hodie ut fieret. PE. *in eo uterque proilio potabimus.*

Vter ibi melior bellator erit inventus cantharo,

Tua eſt legio, adjudicato cum utro iſtanc noctem ſies,

ME. *Vt ego uxorem, &c.*

Non veriſimile eſt Menęchmum ſortiri velle amicam cum Paraſito. Propterea malui hæc Paraſitum dicere ridiculi gratiâ. Scriptum autem *proilio* ἀρχαϊκῶς, ut ludat ex ambiguo. Poteſt enim intelligi prælio, (h, e, prandio) & pro Ilio, ut alludat ad bellum Troianum.

V. II. PE. *Meretrix tantiſper perblanditur, dum illud quod rapiat videt.*

Lege ex vet. Cod.

Meretrix tantiſper blanditur, dum &c.

Scena. *Sportulam cape, v.* 1,

Sportulam cape atque argentum, treis eccos numos habes.

CY. *Habeo.* ER. *abi atq; obſonium affer.*

Lego, --- *treis eccos numos. habes?*

CY. Habeo. Numos ſcriptum pro nummos Nam veteres literas non geminabãt.

V, 6. ER. *Elocuta ſum, convivas ceterum cura. CY. licet.*

Prava diſpunctio venuſtam alioquin orationem deturpat.

Lege. *Elocuta ſum convivas, ceterum cura.* *Elocuta ſum convivas*, h, e, convivarum & numerum & nomina tibi dixi. Ita & Acidalius cenſuit:

Scena, *Nulla eſt voluptas, v. 1.*

Nulla eſt voluptas navitis Meſſenio
Maior meo animo, quàm quandò ex alto procul
Terram conſpiciunt. MES. maior, non dicam dolo,
Quàm ſi adveniens terram videas quæ fuerit tua.

Cuivis facile eſt videre, latere in verbis Meſſenionis errorem aliquem; repugnant enim notioni communi. Vet. Cod. habet,

----conſpiciunt. MES. major non dicam, addo
Quàm ſi adv. Legebam---- *maior? ne dice, aut adde,*
Quàm ſi, &c. Sed ita prior verſus haberet in fine ſpondeum, alter vero fuerit ſenarius hypermeter Propterea præfero conjecturam Acidalii.

----maior, non dicam dolo.
Si adveniens terram, &c. delendo *Quàm.*
Ἐπανόρθωσις eſt.

Dixerat Menæchmus, non eſſe nautis ma-

iorem voluptatem, quàm cum ex alto terram conſpiciunt. Corrigit Meſſenio, maiorem voluptatem eſſe, ſi terram ſuam aſpiciant, quàm ſi ſimpliciter terram. Ac propterea eum carpit, quod erro ac vagus ita gentes omnes circumeat.

Scena, *Benè obſonavi, v* 53.

Numquid vis? ME. ut eas maxumam in malam crucem.

CY. Ire hercle melius eſt te intro atque accumbere,

Te ſuſpensè legendum eſt, ut ſit iocus ex ambiguo, *Ire hercle melius eſt te*, nempe *maxumam in malam crucem*, vel *intrò atq; accumbere*.

Scena, *Sine fores ſic. v.* 11.

Animule mi, mihi mira videntur

Hic te ſtare foris, fores cui pateant

Magis quàm domus tua, domus cum hæc tua ſit.

Lego---- *Magis quàm domus tua, domus cum &c.*

V. 30.---*eia delicias facis*

Mi Menæchme, quin amabo is intrò, hic tibi erit rectius.

Reſcribe--- *intrò, ſic tibi erit r.*

Sic, nempe, ſi intro eas, quàm ſi maneas hic pro foribus.

Scena, *Potin ut quieſcas v. 20.*

Minore nuſquam bene fui diſpendio.

Malim --- *benè fuit diſp. Benè fuit* ſupple mihi. Sic veteres loquebantur, *mihi bene eſt, Ie ſuis bien à mon aiſe,* ut ille Epicureorum Deus apud Ciceronem. Infrà

Si ſapiam hinc intrò abeam, ubi mihi benè ſit.

Pour y faire un tronçon de bonne chere.

V. 36. ---- *verum certò quiſquis es,*

Æquum ſi facias, mihi odioſus ne ſies,

Vet. Cod. *ne ſias.* Fortaſſe *ne fuas*, καθ' ὕφεν, pro non fuas.

V. 56. ME. *Quid hoc negotij eſt? ſatin' ut quemquem conſpicor,*

Ita me ludificant?

Vet. Cod. --- *ut quemque conſpicor,.*

Sic verſum melius formabis.

Quid hoc negotî 'ſt? ſatin ut quemque conſpicor, &c.

Scena, *Vt hoc utimur v. 50.*

VX. *Næ ego mecaſtor mulier miſera, ME. quid tu miſera es? mihi expedi.*

Lege ex vet. Cod. --- *quî tu miſera es?*

V. 77. --- PE. *ô hominem malum!*

Vt diſſimulat! non potes celare, rem novi probè,

Lege, --- *rem novit probè.*

Novit ſcilicet uxor. Id & Acidalius annotavit.

Scena, *Vt ætas mea eſt* v. 101.

—— *nunc hunc ego impuriſſimum,*
Barbatum, tremulum, Titanum, Cygno prognatum patre, &c.

Apud Priſcianum ita citatur hic verſus
Barbatum, tremulum, Titanum, qui lucet Cygno patre.

Ex quo lubens fecerim:
—— *qui cluet Cygno patre.*

Cluet, h, e, clarus eſt Amphitruone:
Dum meus vir victor belli clueat.

Prudentius.
Qui patria virtute cluis.

Cic. de claris Orat. *Tum duo Cœpiones multum cluentes conſilio et lingua.*

Scenæ, *Iamne iſti abierunt.*, ſuperſcribitur in vulgatis, MENÆCHMVS, SENEX, Iidem: At vet. Cod. MENECHMVS, SACERVS ſervus. Et paulò poſt, pro
SE: *Lumbi ſedendo, oculi ſpectando dolent.*
Idem vet. Cod. habet
SA. *Lumbi ſedendo, &c.*
Ita initio dramatis inter perſonas numerandus fuerit SACERVS ſervus. Sed malim retinere quod eſt in vulgatis. Nam ſenex ipſe medicum accerſiverat, non eò ſer-

vum miſerat.

Scena *Edepol næ hic dies, v.* 21,

------*quid ceſſas dare*

Potionis aliquid, priusquàm percipit inſania.

MED. *Mane modò, etiam percontabor.* SE. *aliam occipis fabulam.*

Vet. Cod. habet

Mane vero, etiam percontabor alia. SE: *occidis faciam.*

Scio hæc alios aliter legere. At ego diſtinguo tantum quod eſt in veteri codice,

Mane vero, etiam percontabor alia. SE. *occidis, faciam.*

Vt iam ſit διςύλλαβον. Medicus odioſus erat ſeni nimia percontatione. Propterea eum rogat, ut maturè Menæchmo potionem aliquam medicam præbeat, qua tam præcipiti morbo medeatur, nec in percunctando tempus terat diutius, alioquin perinde eſſe ac ſi eum ipſe occidat. *Occidis* Menæchmum, tam diuturna percõtatione, dum præcipiti morbo promptam medicinam non facis. *Faciam*, h, e, da quam primum *potionis aliquid, priuſquàm eum percipit inſania.* Sic infra.

SE, *Obſecro hercle medice, quidquid facturu's face.*

Non vides hominem inſanire?

Scena, *Spectamen bono ſervo, v. 30.*

Neque utrum ex hoc ſaltu damni ſalvum ſcio eliciam foras,

Sed metuo ne ſerò veniam depugnato prælio.

Douza legit,

Neque ut eum ex hoc ſaltu damni, &c.

& *ſaltum damni* accipit quemadmodum, *montes mœroris, montes mali.* Sed longè diſtat à vulgata lectione quod habet vet. Cod.

Vtque meum ex hoc ſaltem Epidamno aluum eluam amphorâ.

Alludit ad *damnum* heri, quod datura eſſet Erotium, & *Epidamnum* civitatem in qua erant. Videtur autem cupere in eo heri damno, ſaltem participem fieri prandii, ad quod acceptus fuerat Menæchmus ab Erotio, quod ut ſuprà ſæpiùs, ita & hic μεταφορικῶς prælium vocat. *Meum alvum*, maſculinè, ſic alibi,

Cum has herbas in ſuum alvum congerunt.

Et Accius in annalibus, teſte Nonio, *alvus quam frigidiſſimus. Depugnato prælio*, h. e, finito prandio, & ſublatis menſis, ut iam nihil ſit quod bibam, quo aluum meam eluam.

Scena, *Per ego vobis deos*, v. 4.

Niſi quidem vos veſtra crura, aut latera nihili penditis,

Cave quiſquam quod illic minitetur voſtrûm flocci fecerit.

Lego *Cavete quiſquam q,*

Cavete διουλλαβῶς, u, liqueſcente, ut in *Cauneas* pro cave ne eas.

V. 56, *Socer & medicus me inſanire aiebant, quid ſit, mira ſunt.*

Lego---*quicquid ſit, mira ſunt.*

Scena *Si voltis per oculos,* v. 1.

Si voltis per oculos iurare, nihilò herclè eâ cauſſâ magis

Facietis, ut ego hodie abſtulerim pallam et ſpinther, peſſumæ.

Malim *Si voltis, per oculos iurate, nihilò, etc,*

V. 5. MEN. SO. *Pol profectò haud eſt diſſimilis, meam quoad formam noſcito.*

Non malè vet. Cod.---- *diſſimilis, meam formam noſcito.*

Vt ſit verſus tetrameter catal.

IN MILITEM gloriosum.

ARgumento altero, v. 10.
--- *commeatus clanculum*
Qua foret amantum, geminam fingit mulieris
Sororem hanc eſſe.
Vet. Cod. *qua foret amantum, geminam fingit mulier,*
Sororem ait eſſe
Opinor non malè ſic legi poſſe
---*geminam fingit mulier, is*
Sororem ait eſſe. Notat & Gruterus in Mſſ. legi *Sororem ait eſſe. Mulier,* Philocomaſium.
Is, Palæſtrio ſervus. *Ait*, hero Pyrgopolinici.
Scena *Curate ut ſplendor, v.* 25.
---*vel elephanto in Indiâ*
quo pacto pugno perfregiſti brachium.
PY. *Quid brachium?* AR. *illud volui dicere femur.*
PY. *At indiligenter hic eram.* AR. *pol ſi quidem.*

Connixus eſſes, per corium, per viſcera,
Perq; os, elephāto brachium tranſmitteres.

Tò *indiligenter hic eram*, exponit Lambinus, ἐνθάυτ' ἐῤῥαδιούργουν, Sed prurit mihi mens legere, *indiligenter nixeram*, forma activa, Nito, nixi, ut multa alia quæ notat Priſcianus; vel *niteram*, ut ſit duplex ἀρχαϊσμὸς, formâ activâ, pro deponēti, & præteritum à præſenti. Nito, niti, nitiſti, niteram niteras. Ex verbis Artotrogi, coniecturam feci cum ait --- *pol ſiquidem Connixus eſſes*. Si non placet nixeram aut niterā, non diſplicebit forſan, nixu' eran, pro nixus eram

V. 31 --- AR. *ne hercle operæ pretium quidem*
Mihi te enarrare, tuas qui virtutes ſciam.
Venter creat omnes has ærumnas, auribus
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.

Opinor elegantius ſic diſpungi,
Venter creat omnes has ærumnas auribus,
Per audienda ſunt, &c,

Ærumna eſt auribus audire nugas, & vana gloriosi militis mendacia,

V. 40. AR. *Noviſſe mores me tuos meditate decet,*
Curamque adhibere, ut prævolet mihi què tu velis.

Lego --- *ut prævolet mens què tu velis.*

V. 42. PY. *Ecquid meminiſti?* AR. *memini, centum in Cilicia*
Et quinquaginta, centum ſycolatronidæ,
Triginta Sardi, ſexaginta Macedones
Sunt homines, tu quos occidiſti uno die,

Vet. Cod. *Et quinquaginta, centum in ſyclo latroniæ.*

Quid ſi legamus?

----centum in Sido latronidæ.

In Sido, metaplaſmus pro in Sidone. Niſi malis legere---*centū Sido-latronidæ,* cōpoſito vocabulo ne ſit ſenarius hypermeter. Eſt autem Sidon urbs Phœnices. *Sido-latronidæ* ridiculè dictum patronymicâ formâ, pro Sidones latrones. Latrones vero erant milites antiquis, ſive a latere, quaſi laterones, quòd ii Regum lateri aſſiſtant ut ait Varro, ſive ἀπὸ τῆς λατρείας. Eſt enim λατρεύειν obſequi & mercede ſervire, ἀπὸ τοῦ λάτρον quod eſt merces. Auctor Etymologici, Λατρεία, ἐκ τοῦ λατρεύω, τοῦτο ἐκ τοῦ λάτρις, ὃ σημαίνει τὸν μίσθιον δοῦλον, τοῦτο ἐκ τοῦ λάτρον, ὃ σημαίνει μισθόν. τοῦτο ἐκ τοῦ τηρῶ τὸ βλέπω καὶ τοῦ, λα, ἐπιτατικοῦ, λατήριον, καὶ συγκοπῇ λάτρον, παρ' ὃ ἀποβλέπει ὁ μισθωτός.

Infrà hac ſcenâ,

PY. *Videtur tempus eſſe, ut eamus ad forum,*
Ut in tabellis quos conſignavi hic heri
Latrones, ibus dinumerem ſtipendium.

Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

Hinc & latrocinium pro militiâ, Gracch. apud Nonium. *Qui apud Regem in latrocinio fuiſti.* Et latrocinari pro militare, Plaut. Trinummo.

Ibit iſtinc aliquò in maxumam malam crucem
Latrocinatum, aut in Aſiam, aut in Ciliciam.

V. 66. PY. *Itáne aiebat tandem?* AR. *quæ me ambæ obſecraverunt,*
Vt te hodie, quaſi pompam, illac præterducerem.

Legebam ---- *quæ ne ambæ obſ.* quod & Schopio viſum fuerat.

Scena *Mihi ad enarrandum v.* 5.
Qui autem auſcultare nolit, exurgat foras.

Vet. Cod. *Qui autem auſcultare nolet exſ.*

V. 60. *Itaq; ego paravi hic intus magnas machinas,*
Quî amantes una inter ſe facerem convenas

Convenas interpretantur Συνηλύτας. At vet. Cod. habet

----*facerent convenientias.* Fortaſſe rectè. *Convenientias,* Συνουσίας εἰς ἀφροδισιασμόν.

V. 72. *Et mox ne erretis, hæc duarum hodie vicem,*

Et hic & illic mulier feret imaginem.

Non rectè videtur hæc præfari Palæſtrio, qui poſteà, quaſi e re natâ, hoc conſilium capit.

Scena *Niſi hercle defregeritis talos. v.* 14.

Aggrediar hominem, eſt ne advorſum? eſt, quaſi collaturus pedem.

Lego ---- *hominem, eit ne advorſum? eit, quaſi collaturus pedem.*

Eit pro it ἀρχαϊκῶς. Hoc & Gruterus viderat.

V. 25. *Sed Philocomaſium hiccine etiam nunc eſt?* PE. *cum exibam, hic erat.*

PA. *Sis jube tranſire huc, quantum poſſit; ſe ut videant domi*

Familiares, Vet. Cod. habet

Si eſt, jube tranſ. Scribe, *si'ſt, jube tr:* ſi eſt, nempe, hic.

V. 72. *Quæ hic ſunt viſa, ut viſa ne ſint, facta infecta uti ſient.*

Vet. Cod. *Quæ hic eſt viſa, ut viſa ne ſit, facta, etc,*

Quæ hic eſt viſa ſcilicet Philocomaſium.

V. 77. - --PA. *tace,*

Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco, ut ſcias

Iuxta mecum mea conſilia.

Legebam, *Dum in legionem aſtutiarum,*

&c. metaphora a bello petita. Sic ſupra Menæch.

Tua eſt legio, adjudicato cum utro iſtanc noctem ſies.

Sed puto nihil immutandum, nam ita loquitur infrà.

----ego multos ſæpe vidi
Regionem fugere conſilij, prius quàm repertam habere.

V. 87. *Vt ſi illic concriminatus ſit adverſum militem*
Hic meus conſervus, eam vidiſſe cum alieno oſcularier.

Vet. Cod. ---- *adverſum militem*
Meus conſeruus, eam vidiſſe dic cum alieno oſc.

Rectè, ſi modò ex *dic* facias *hic*.

Scena, *Niſi quidem ego.* v. 15.

Sc. *Dij te perdant.* PA. *te iſtuc æquum quoniam occœpiſti eloqui.*

Legebam---- *æquom quod iam occœpiſti eloqui.*

Vet. Cod. habet --*æquum quod modò occœpiſti eloqui.*

Iocus eſt ex ambiguo, *te*, ſcilicet Dii perdant, vel, *te* æquum eſt eloqui quod iam occœpiſti.

V. 30. *Quinetiam nunc hic in proximo eſt.*

PA. *eho annon domi eſt;*

Lege ex vet. Cod.

Quinetiam nunc intus hîc in proximo eſt.
PA. eho annon domi'ſt?

Sic verſus erit quadratus perfectus trochaicus.

Scena, *Præcepta facito*, v. 39.

Ita me inſimulatam perperam falſum eſſe ſomniavi.

Vet. Cod. non habet *falſum*. Lego

----perperam falsò eſſe ſomniavi.

Sic paulò poſt.

--neq; me quidem patiar probri falsò impunè inſimulatam.

Probri id eſt ſtupri, *de deshonneur.*

V. 45. PA. *Scin te periiſſe nunc quidem domi certò?* SCE. *certa res eſt.*

Malim *Scin te periiſſe nunc quidem demum certò?*

Scena, *Inde ignem in aram*, v. 33.

PH. *Immò ecaſtor ſtulta multùm, quæ vobiſcum fabuler.*

V. Cod.--- *quæ vobiſcum fabulem.*

Scena ſuperiore

--- *ego ſtulta atq; mora multùm,*
Quæ cum hoc inſano fabulem.

Item ſupra *vagas* pro vagaris. Vide ſexcenta tanta apud Priſcianum.

Scena *Cohibete intra limen*, v. 17

PE. *Ecce nos tibi obedientis.* PA. *facile eſt imperium in bonis.*

Legebam *imperium in bonos*, quod & Acidalio viſum fuerat. Poſſumus tamen tueri vulgatam lectionem, ut ſit *in bonis* rebus, quæ ſint iis utibiles quibus imperamus. Nam facilimè ſuo quiſque ſervit cõmodo.

V. 36. *Clarè oculis video, pernix ſum manibus, pedibus mobilis.*

V. Cod. --- *pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis*

Pedes mobilis. vt nuda genu, ποδας ὠκυς. Sic verſus eſt quadratus trochaicus acatal. *Manibus pernix* propriè dictum: Eſt enim *pernix* a pernitendo quod manuum magis quàm pedum eſt.

V. 95. --- *hoc nunquam verbum ex uxore audias.*

Verum priusquàm galli cantent, quæ me ſomno ſuſcitet,

Dicat, da mi vir, calendis meam quod matrem iuverit.

Nota proverbialiter dictum, *priusquàm Galli cantent*, h, e, ſummo mane, longè ante lucem. Metiebantur veteres noctis deliquium & acceſſum dici, galli cantu, tribus cantibus tria conſlituentes: inter-

valla. Plinius. *Proximè gloriam ſentiunt & hi noſtri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque ſomno natura genuit, norunt ſydera, & ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum ſole eunt cubitum, quartâq; caſtrenſi vigiliâ ad curas laboremque revocant. Nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, diemque venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum plauſu laterum.* Iuvenalis ſat. IX.

Quod tamen ad galli cantum facit ille ſecundi
Proximus ante diem Caupo ſciet.

Eadem loquendi forma eſt in Evangelio, & apud Ariſtoph.

Οὐδ' εἰ μὰ Δία τότ' ἦλθες, ὅτε ὁ δεύτερον
Ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο.

V. 101. PE. *Quando habeo multos cognatos, quid opus ſit mihi liberis?*

Rectius vet. Cod. ---*quid opus fit mihi liberis?*

Mutarant *fit* in *ſit* quibus viſa eſt hæc loquutio inſolens.

V. 123. PE. *Pol ſi habuiſſem, ſatis cepiſſem miſeriarum liberis,*
Cenſerem [illegible]ri, cecidiſſet ne ebrius, aut de equo uſpiam
Metuerem, ne ibi defregiſſet crura, aut cervices ſibi.

Lege ex vet. Cod. ---*ſatis cepiſſem miſeriarum, liberis*
Caverem mœrorem, cecidiſſet ne ebrius, aut de equo uſpiam
Metuerem, etc.
Liberis caverem mœrorem, Vt Cato de re ruſt. *Scabiem pecori & iumentis caveto. Cecidiſſet ne ebrius*, ἐναλλαγὴ eſt numeri, loquutus enim fuerat de liberis in plurali.
V. 128. PA. *Huic homini dignum eſt divitias eſſe, & diu vitam dari,*
Qui & remſervat, & qui benè habet, ſuisque amicis vult benè.
Vet. Cod. habet---*ſuisq; amicis volupe.*
Vix abſtineo quin legam
----*ſuisq; amicis volup eſt:*
Volup maſculino genere. Certè Donatus in Phormionem Terentii, ait hoc volup nomen eſſe, ut hoc facul, & per ἀποκοπὴν dici Vt ergo nihil vetat dici hic & hæc volupis & hoc volupe, cur non licebit dicere, hic & hæc & hòc volup, κατ' ἀποκοπήν?
V. 186. PA. *Ecquam tu potes reperire formâ lepidâ mulierem,*
Cui facetiarum cor, corpuſque ſit plenum & doli.
Vet. Cod. habet, *Cui fallaciarum pectus corpuſque, &c.*

Lecturio

Lectūrio,

Cui pellaciarum corpus, pectus cui ſit ple-
num doli.

Legerat & Palmerius *pellaciai ũ.* Corporis eſt venere & gratiis pellicere, pectoris do-los promere. Pectus enim dicebautur ha-bere mulieres, non cor. Ciſtellariâ,

------at mihi,

Cor dolium eſt. GY. quid id? unde eſt tibi
cor dolium, commemora obſecro?
Quod neque ego habeo, neq. quiſquam alia
mulier, ut perhibent viri.

Quod neque ego habeo, nempe cor. Dixit enim diviſim *cor dolium* ut *vinum crucium.* Pellaciæ, illecebræ, Lucretius,

Subdola quum ridet placidi pellacia ponti.

Scena, *Quantas res turbo v.* 8.

Sed quia conſimile eſt, quod ſtertas, quaſi
ſorbeas.

Lego ---- *quom ſtertas.*

V. 20 ---- *LY. dij me perdant ſi bibi,*
Si bibere potui. PA. *qui iam? LY. quia*
enim obſorbui.
Nam nimis calebat, amburebat gutturem.
Alij ebrij ſunt, alij poſtquam potant viâ.

Vet. Cod, *Nam nimius calor comburebat*
gutturem.
Alij ebrij ſunt poſtquàm potarunt.

Lego *Nam nimius caldor comburebat gutturem,*

Alij ebrij ſunt poſtquàm potarunt.

Caldorem & calorem dici vel pueri ſciũt: Varro lib. 1. de re Ruſt. *Olea lecta, ſi nimium diu fuerit in acervis, caldore fraceſcit, & oleum fœtidum fit.* Vſus eſt & Gellius. *Sanguis & caldor in intima coactus, movet plerumque alvum & incitat.* Niſi malis legere,

Nam nimium calda comburebat gutturem.

Veteres frequenter, d, interſerebant, ut in exduviæ pro exuviæ. Vide Feſtum in *exdutæ*, unde factum caldor pro calor. Calda verò olim potoribus in deliciis, a qua dictus olim Caldius Biberius Mero, imperator ille nequiſſimus, Claudius Tiberius Nero, ut eſt apud Suetonium. Ille alter verſus.

Alij ebrij ſunt poſtquam potarunt.

Senarius eſt deficiente pede, ut ille de quo diximus in Amphitruone

Is adeo impranſus ludificabitur.

Eſt autem *ebrij ſunt poſtquam potarunt*, quaſi dicat, potando ebrii facti ſunt. Sic Pſeudolo. —*perdidiſti poſtquam dixiſti pedes*, h, e, perdidiſti me, dicendo pedes, deſcribendo pedes. Vult exprimere Græco-

rum participia aoriſta, πώζαντες, λέξας.

V. 36. PA. *Huic illecebroſo capite ſiſtebas cadum.*

L V. *Non hercle tam iſtoc validè quaſſabant cadi.*

Lego *Non hercle tam iſtos validè quaſſabam cados.*

Quaſſo σείω, κεχοδαίνω, a quatio.

V, 40.] *Ea ſæpè decies completur plena die.*

Vet. Cod. *Ea ſæpè decies complebatur in die.*

V. 48. *Ne dixeritis obſecro huic voſtram fidem.*

Poteſt coniugi *obſecro voſtram fidem.* Sed legebam olim.

Ne dixeritis huic obſecro noſtram frudem. Vt ſpectatores alloquatur. *Huic*, Palæſtrioni aut hero. *Frudē*, pro fraudē ut cludus pro claudus. Abſcondebat ſeſe Lucrio, ut malū extolleret in diem, cum tamen ſe ſimularet aliquò miſſum a Philocomaſio. Scena, *Rem omnem Acroteleutium. v.*18.

PE. *Ergo iſtuc metuo, quo venit vobis faciundum utrumque.*

Lego *quòd venit vobis, &c,*

Propterea, inquit, metuo ne non memineritis, quia utrumque vobis faciundum eſt, & *bene* & *male*, benè nobis, malè militi. Eſt enim interpretatio petenda ex

verbis Acroteleutii,

Si quid faciendum eſt mulieri malè, atque malitioſè,
Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe, & ſempiterna.
Sin benè quid aut fideliter faciendum eſt, eò deveniunt,
Obliviosæ extemplò uti fiant, meminiſſe nequeunt.

Scena *Iam eſt ante ædis circus, v.* 4.

MI. *Numquis nam hinc propè adeſt, qui rem alienam potius curet quàm ſuam.*

Legendum *Num quisnam hic propè adeſt,* aut certè, *hinc prope abeſt,* forma loquendi qua & Cicero uſus eſt. In lib. de ſenect. *Equidem non video, cur, quid ipſe ſentiam de morte, non audeam dicere vobis: quòd eò meliùs mihi cernere videor, quod ab eo propius abſum.*

V. 6. *Eos nunc homines metuo, mi ne obſint, neve obſtent uſpiam,*
Domo ſi ibit, ac dum huc tranſibit quæ hujus cupiens corporis eſt.

Lego *Domo ſi ibit huc, dum hac trāſibit, etc.* *Domo ſi ibit,* ſcilicet miles Pyrgopolinices. Oſtendit velle heram ſuam exeunti domo militi occurrere.

V. 13. *Hercle verò iam allubeſcit primu-*

lum Palæſtrio.

PA. *Prius ne quàm illam oculis tuis?* PY. *ideo, &c.*

Vetus exemplar habet---- *quàm illam oculis tuis vides?*

Sed opinor Tò *vides* eſſe gloſſema τῷ *tuis.* Vt ſit poſitum tuis pro tueris. Sic fuerit duplex ἀρχαϊσμὸς, activa verbi forma pro deponenti, ut ſuprà *vagas* pro vagaris *fabulem* pro fabuler; & tertia coniugatio pro ſecunda.

V. 56. --- *hæc illæc eſt ab illâ quam dudum.* PY. *Quanam ab illarum? nam ita me occurſant multa, meminiſſe haud poſſum.*

Vet. Cod. *Quæ ab illâ? nam ita me, &c.*

V. 81. *Quid eſt? ut ludo?* PA, *nequeo herclè quidem viſu me admoderarier.*
Ob eam cauſſam huc abs te avorit.

In priore verſu, V. C. --- *riſu meo admoderarier.*

Fortaſſe rectè, *riſu* pro *riſui.* Eſt autem octonarius excurrens longius Alteri verſui Gruterus præponit perſonam PY. fruſtrà opinor. Malim ſic legere.
Ob eam cauſſam huc ad te avorti.

Avorti ſcilicet à Milite ad te, ne me ille immoderatius ridentem videret, atque intelligeret ſe irrideri. *Avorti* autem neu-

traliter poſitum. Sic & ſimplex verſo. Propert.

O utinam trajecta cavâ mea vocula rimâ,
Percuſſas dominæ vertat in auriculas.

Livius. *Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus verter in plebem cœpit.*

V. 98.---*clam noſtrum hunc ſermonem ſublegerunt.*

Lepide factum eſt, iam ex ſermone hoc gubernabunt doctius porro.

PA. *Remorare.* MI. *abeo neq; te moror, neq; te tango, neq; te teneo,*

PY. *Iube maturare, illam exire huc, iam iſti rei prævortemur.*

Hæc ego ſic lego, reſtitutis etiam in ſuas ſedes perſonis.

PA. *Lepidè factum eſt, iam ex ſermone hoc gubernabunt doctius porro.*

MI. *Me morare, abeo.* PA. *neque te moror, neq; te tango, neque te teneo.*

PY. *Iube maturè illam exire huc.* MI. *iam iſti rei prævortemur.*

Gubernabunt neutraliter dictum ut *averti* nota præcedente. *Iſti rei prævortemur.* Hæc confer cum illis quæ annoto ad v. 89. Scenę *Durare nequeo.* Amphitr: Quæ immutavi patrocinio opus non habent.

Scena *Quid mihi nunc auctor es, v.* 17.
PY, *Is ad quos nauclerus hoſpitio divortitur?*
PA. *quid vis*? PY, *ecquid fortis*?
Lego ----*divortitur*.
PA. *Quid is*? PY. *ecquid fortis?*
Fortis, ſcilicet ad patiendam venerem: Nonius tamen fortem formoſum interpretatur,
V. 21. PY. *Hoc age nunc iſtuc, quod das conſilium mihi?*
PA. *Te cum illâ verba facere de iſta re volo.*
Nam cũ alio agere ſanè conſervo liceat tibi,
Qui potius quam tu? Sed enim tu tuam rem tute agas,
Dicas uxorem, &c.
Hæc ego ita utcumq; reformabam.
Nã cum alio agere ſanè nõ ſervo liceat tuo,
Qui potior quàm tu, ſed enim.
Quaſi dicat, nullus eſt e tuis ſervis, qui potior ſit aut magis idoneus ad tuas res cum aliis tranſigendas, quàm tu ipſe. Alii aliter legunt, At vet Cod. ita habet.
PY. *Hoc age nunc iſtuc. quod das conſilium mihi?*
Te cum illâ verba facere de iſta re volo,
Nam cum illâ ſanè congruit ſermo tibi.
PAL. *Quin potius, cũ te ades, tuã rẽ tute agas.*
Optimè, ſi modò poſt *iſtuc* punctum de-

leatur, atq; illud---*quod das conſilium mihi*, legatur ſine interrogatione. Quaſi dicat, hoc tu ipſe fac quod me ſuades facere. Vide conſilium a Palæſtrione militi datum, a verſu 4. ad x huius Scenæ. Tum autem pro *quin potius cum te ades*. Legendum, *Quin potius cum tu ades.* Hoc vero, *nam cum illa ſanè congruit ſermo tibi*, intelligas ex illis quæ ſupra dicta ſunt a Sceledro de Palæſtrione, ſcena, *Niſi quidem ego hodie,*

ſed hic illi ſupparaſitatur ſemper, hic ei proximus eſt,
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur.

Scena *Sequimini, ſimul circumſpicite.* v. I.
- --*circumſpicite ne quis adſit arbiter.*
MI. *Neminem pol video, niſi hunc quem volumus conventum.* PA. *& ego vos.*
MI. *Quid agis noſter architecte?*
Lege ex veſtigiis vet. Cod.
----*quem volumus conventũ. AC. ergo voca,*
MI. *Quid agis, &c*
V. II. PA. *Quin etiam aurum, atque ornamenta quæ ipſe inſtruxit, mulieri*
Omnia dat dono, ſe ut abeat: ita ego conſilium ei dedi.
Douza F. legit.
Omnia dat dono, a ſe ut abeat,

Sed nolim immutare. Nam quid nos vetat retinere? *ſe ut abeat*, pro *ut eat ab ſe*. Sic dixit Gellius *abire ſacerdotio*, Suetonius *abire honore*, Livius *abire magiſtratu*. Gellius. *Præterea ſi quadraginta annos nata, ſacerdotio abire ac nubere voluiſſet, jus ei poteſtasq; exaugurandi, atque nubendi facta eſt*, &c. *Abire ſacerdotio. Ietter le froc aux orties*. Suet. in Aug. *Cum mane pro æde Capitolini Iovis, paululum curuli ſellâ præſediſſet, honore abijt, ſuffecto alio in locum ſuum.* Livius. *Non tam properantis abire magiſtratu, quàm viam ad continuandum magiſtratum quærentis eſſe.*

V. 14. PA. *Non tu ſcis cum ex alto puteo ſurſum ad ſummum aſcenderis,*
Maximum periculum inde eſſe, a ſummo ne rurſum cadas?

Legebam *periculum ind'eſſe.*
Ind'eſſe pro ineſſe, niſi malis
--- *periculum eſſe inde a ſummo. &c.*

V. 20. PA. *Quot apud nos fallaciarum eſt excitum! certo ſcio*
Oppidum quodvis videtur poſſe expugnari dolis.

Lego *Oppidum quodq; his videtur poſſe, etc.*
Nota formam loquendi, *quot fallaciarum eſt excitum* pro quot fallaciæ ſunt excitæ,

quantum fallaciarum eſt excitum.

V. 23. PA. *Lepidè facitis, nunc hoc tibi ego in hac impero provincia.*

AC. *Imperabis imperator, quod ego potero, quod voles.*

Legebam --- *quod ego potero, quoad voles.* *Quoad* quandiu. Cic. lib. 1. Off. *Tandiu autem velle debebis, quoad te quantum profi-ciat non pœnitebit.* Vt opponatur ei quod dixerat *nunc impero.* Alioquin legerem *quò voles* ut reſpondeat ei quod dixerat, *in hac provincia.*

V. ſequente,

PA. *Militem lepidè & facetè & lautè ludifi-carier*

Volo.

Lego ---*facetè & cautè ludif.*

V. 36. *Formam amœnitatis illius, faciem, pulchritudinem*

Collaudato, ſatin' præceptum 'ſt? AC. teneo,

Non malè. Sed vet. Cod. habet *ſatin præcepti 'ſt?* Puto Plautum ſcripſiſſe --- *ſatin' percepſti? AC. teneo. Percepſti*, pro perce-piſti, intellexiſti.

V. 39. PA. *Sat habeo. nunc tibi auſculata quæ imperabo, PL. dicito.*

Vet. Cod. *Sat habeo. nunc tibi viciſſim quoq; imperabo. PL. dicito:*

PA. Quam extemplò,

V. 52, PL. *Satis placet pictura, perge. PA, ille, &c,*

Legebam *Satis placet fictura, perge.* Fictura a fingendo Fingere fallacias. Non auſim tamen immutare vulgatam lectionem, quia in eundem fermè modum loquutus eſt in Aſin. ubi fictum & pictum coniunxit,

Nam neq; fictum, neque pictum, neq; ſcriptum in pœmatis, &c.

In Capt. *Vidi multa picta quæ ſub Acherunte fierent.*

V. 59.---PA. *et vos abite hinc intrò actutum, nam illum hinc ſat ſcio*

Iam exiturum eſſe intus. Lego

---*nam illum huc ſat ſcio, &c.*

Intus adverbium eſt de loco, ut ſæpè aliâs. Amph. *Intus pateram proferto foras,* Aſin. *Philenium eſt ne hæc quæ intus exit?*

V. 60, *Iam exiturum eſſe intus. AC. celebre apud nos imperium tuum eſt.*

Legebam --- *celere apud nos*, h, e, promptum ac velox. Intelligendum autem ἐνεργετικῶς, quòd eos ſcilicet reddat impigros atque alacres ad exſequenda gnaviter, quæ ſint imperata. At notat Nonius etiam *celebre* pon' pro *veloci.* Pſeudolo, Scena, *Exite, agite.*

Intro abite atque hæc citò celebrate, ne mora quæ ſit, coquus cum veniat, Mihi.

Celebrate h,e, accelerate. Apud Martialem lib. *8.* epigramm.

Riſit Thuſcus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri iuſſit abire fugâ.

Quidam libri pro *celeri* habent *celebri.* Propterea hic nihil muto. Lambinus ait, hic celebre opponi deſerto,

V. 61. PA. *Agite abſcedite ergo, ecce autem commodò aperitur foris.*

Lege ex vet. Cod --- *commodòm aperitur foris.* Sic Mercat.

Si iſtac ibis, commodùm obviā venies patri.

Scena, *Hera eccum præſto v. 8.*

MI. *O fortunata mulier.* PY. *ut amari videor!* PA. *dignus es.*

Lege AC. *O fortunatam mulierem!* PY. *ut amari videor?* PA. *dignu's.*

Acroteleutium Milphidippam ancillam fortunatam prædicat, quòd cum milite tam placidè *ſequuta* h,e, loquuta ſit Vidit & Acidalius perſonam eſſe immutandam!

V. 36. AC. *Si amavit unquàm, aut ſi parem ſapientiam hic habet ac formam.*

Vet. Cod. *hic habet ad formam.*

Quod cur immutarint non video. *Ad* cõparationem notat & ſimilitudinem. Capteiveis.

Nam ad ſapientiam hujus, ille nimius nugator fuit.

Terentius. *At nihil ad noſtram hanc.*
Supra Scena *Voluptas eſt.*

Ad tuam formam illa una digna eſt.

Trinummo Scena *Sta illico*

Credo ad ſummos bellatores, acrem fugiterem fore.

Ita & Auſonius loquutus eſt,

Grammaticè ad Scaurum atque Probum.

Item *Et diſputator ad Cleanthem Stoicum.*
V, 40. *AC. Videres pol ſi amares.*

MI. Non edepol tu illum magis amas, quàm egomet, ſi per te liceat.

PA. Omnes profectò mulieres te amant, ut quæque aſpexit.

Acumen eſt in lectione veteris Cod:

---- quàm egomet, ſi apertè liceat.

Ait ſe militem amare, ſed clam, atque flagrare *ignibus ſuppoſitis cineri doloſo*, quòd apertè amorem profiteri non liceat, ut pote quæ ancilla eſſet. Ille autem ne libertinis quidem operam daret, ſed ſolis ingenuis, ac ne iis quidem omnibus, tantum abeſt ut ancillis.

V. 64. MI. *Quia ædes dotales huius ſunt.*
PY. itáne? MI. ita pol. PY. iube domũ ire.
Iam ego illic ero.

Vet. Cod. habet---- *ita ne? MI, ita pol. dicã domum ire.*

PY. Ita, ego illic ero.

Repone--- *MI, ita pol. dicam domum Ire? PY. ita, ego illic ero.*

Domum ire, h, e, domum iturum te? Ita ſæpè loquitur.

Scena, *Si alium alio pacto*, v. 12.
Hoc adeo fieri credo conſuetudine.

Vet. Cod. *conſuetione.* Dubito an non rectè. Conſueſco, conſuevi, conſuetum, conſueti, conſuetio, conſuetionis. Certè Feſti mutilator Paulus ait *conſuetionem Plautum dixiſſe pro conſuetudine.* Vnicus manet ſcrupulus, quòd & hic ſenarius deſinet in ſpondeum. Sed is perpuſillus. Nam & alios multos reperias in vet. Cod. σχάζοντας.

Scena *Quid modi flendo*, v, 14.
Eam nobilitatem amittendam video. PY. nimium hæc flet. PH. nequeo
Cum te video. Lege ex vet. Cod.
---*amittendam video. PY. ne fle. PH. nequeo,*
Cum te video.

Nequeo ſcilicet non flere.

V. 66. --- *ibo hinc intro nunc jam*

Ad amorès meos, etiam ſenſi hinc ſonitum fecerunt fores

Lego *Ad amores meos, exit, ſenſi, ſonitum fecerunt fores*, vel.

---- *exit ſenſim, ſonitum fec.*

Scena *Ducite iſtum v.* 4.

Viden ut iſtic tibi ſit acutus, Cario, culter probe.

Vet. Cod. *Vide ut iſtic, &c.*

V. 6. *Vt faciam quaſi puero, in collo pendeant crepundia.*

Malim *Faciam ut, quaſi puero, &c.*

Minatur ſe exſectos teſtes militi e collo ſuſpenſurum, quomodo ſolent pueris crepundia, imò etiam, præfiſcini, viri faſcinum.

IN MERCATOREM.

ARgumento I. v. 1.

Miſſus mercator ab ſuo adoleſcens patre,

Repoſueram *mercatom*, cum didici etiam in Sambuci codice ſcriptum eſſe *mercatũ*. Sed, m, non eſt elidenda in fine ut conſte-

Senarius Iambicus.

Prologo v. 14,

Sed eâ ut ſim implicitus dicam, ſi opera eſt auribus.

Legebam ---- *ſi operæ eſt auribus.* Livius, *Operæ non eſt vobis audire*, h, e, otium non eſt. Ita tamen loquitur infra,

Dicam ſi tibi videam eſſe operam, aut otiũ.

Propterea nihil muto.

V. 63. --- *neque poteſtatem ſibi*
Fuiſſe. adeò arctè cohibitum eſſe ſe a patre,
Multo opere immundo ruſtico ſe exercitum.

Vet. Cod. habet *artè* pro arctè. Item *Multopere in modum ruſtici* fortaſſe non malè *Multo opere, in modum ruſtici.* Eleganter tamen dictum. *Multopere immundo ruſtico, etc.* Vt immundus ruſticus opponatur mundo muliebri.

V. 69. *Ibi multò primum ſe familiarium*
Laboraviſſe, Legebam *multo plurimum.*

Sed hoc iam olim Mureto venerat in mẽtem.

Scena *Ex ſummis opibus v. 10,*

CH. Quid illud eſt quòd ille tam expeditè exquirit curſuram ſibi?

Vet. Cod. habet *exquerit*, Scribe cum diphthongo [illegible] *exquærit,*

V, 26: --- *Ac placidè volo acquieſcere.*

Tui cauſſâ rupi ramices, iamdudum ſputo
ſanguinem.

Lege ex Nonio

Tui cauſſâ rupi ramices, atrum dum ſputo
ſanguinem.

Tui cauſſa, Græciſſat, ἕνεκα σοῦ. Vſus eſt & hac voce *ramices* in Pœnolo

Tua cauſſa nemo noſtrûm eſt ſuos rupturus
ramices.

Ramices autem Nonius interpretatur *pulmonem*, fortaſſe quia ſequitur *ſputo ſanguinem.* Quaſi quidquid ſpuitur, e pulmonibus tantum educatur. Sed ex ipſius Nonii lectione, facile eſt eius interpretationem refellere. Nam ſanguis qui ex pulmonibus educitur, floridus eſt, atque, ut loquitur Galenus, ὑπάνθης, dilutè rubens & ſpumoſus. At hic ait, ſputare ſe *atrum ſanguinem.* Non ergo ex pulmonibus. Lambinus ait ramices eſſe herniam, malè. Non quòd aliquando ramex hernia non ſit, quia, inquit Scaliger, cum inteſtinum in ſcrotum incipit decidere, videtur ramũ efficere, ſed quòd hic per ramices hernia non poteſt intelligi, cum in hernia non expuatur ſanguis. Tum autem, quid eſſet *rupi ramices*, cum ruptura & ramex idẽ ſit? Nõ dubito quin hic per ramices, venas pecto-

ris intelligat,ex quib⁹ ſanguis ater ſpuitur & craſſus,cóq; diſtinguitur ab eo qui ex venis in pulmonibus ruptis educitur,qui rubicundus eſt & tenuis. Et fortaſſe ramices dicti omnes venarũ & arteriarum tenuiores rami. Quemadmodum & Columella cap. 1. lib. 9. ramices pro ramis arborum poſuiſſe videtur. *Et ſi veteris arboris truncus,ſiue ut craſſitudo poſtulat,erit fiſſilis ſtipes, compluribus locis per latus efforatur, & in circuitu vivarij, certis intervenientibus ſpatiis,defixus erigitur,deinde per tranſverſa laterum cava, tranſmittuntur ramices qui exitus ferarum obſerent.*

V. 46. CH. *Siccine mihi obſequens es? AC. quid vis faciam? CH.tun'? id quod volo.*
AC. Quid eſt igitur quod vis? CH. dicam. AC. dice. CH. at enim placidè volo.
AC. Dormientes ſpectatores metuis ne e ſomno excites.
CH. Va tibi, AC. tibi equidem a portu apporto hoc.

Sic ego perſonas colloco & lego.

AC. Quid eſt igitur quod vis? CH. dice, AC. dicam, at enim placidè volo.
CH. Dormientes ſpectatores metuis ne e ſomno excites?
Va tibi. AC. tibi equidẽ a portu apporto hoc.

Dice, nempe quid ſit illud mali quod apportas, & quid me periiſſe dicas, quod nondum mihi licuit ex te extorquere. *Apporto hoc*, væ ſcilicet, h, e, ut ait poſtea

Vim, metum, cruciatum, curam, jurgiumque, atque inopiam.

V. 31. *AC. At ego maledicentiorem quàm te novi neminem.*

CH. Sin, ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo.

Lego *quin' ſaluti quod tibi, &c.*

Quin' pro quine, Plautina loquutio, ut ſæpè annotamus.

V. 34. CH. *Dic mihi an boni quid uſquam eſt, quod quiſquam uti poſſiet,*

Sine malo omni, aut ne laborem capias, cum illa uti voles?

Vet. Cod. --- *aut ne laborem capias cum illo aut moleſtiam.*

Cum illo bono ſcilicet. Nullum bonum eſt penitus mali expers. Nulla voluptas cui mœror non ſit comes.

V. 37. *Ego bonum malum quo accedit, mihi dari haud deſidero.*

Lego --- *malum quoi accedit.*

Ita & Ritthershuſius.

N. 39. CH. *Vin' tu te mihi eſſe obſequentẽ, an nevis? AC, opera licet*

Experiri.

Vet.Cod. *Vin' tu te mihi ob eſſe ſequentẽ, &c.* Vt ſit tmeſis duriuſcula Huiuſmodi orationes & verborum *Cυγχύσει* affectant ſæpiuſculè auctores. Bacchid. Scena *Quicunque ubi ſunt, v.* 27.

----quid tibi ex filio nam obſecro ægre eſt?

Pro quidnam tibi ex filio, &c. Et Scena *Meamne hic Mneſilochus.* V. 74.

----ſine me, per te, here, obſecro

Deos immortalis, ire huc intro ad filium?

Pro, obſecro, te, here, per deos immortalis, ſine me ire, &c. Aſinaria Scena *Vnumquodque iſtorum,* v. 19. in vulgatis

---haud multò aliquid poſt quod poſcas paras.

Pro haud multò poſt aliquid quod poſcas, paras. Cæſar. *Qui erat ab oppido millia paſſuum circiter tria.* pro, qui aberat oppido. Et ſexcenta tanta.

V. 52. *Nullus ſum, AC. immò es. CH. ſcio, iã miſerũ dices, AC. tu dixti. CH. ergo taces?*
Quid iſtuc eſt mali? AC. ne rogites, maximum infortunium eſt.

Vet. Cod.---*AC. tu dixti, ego taceo.*
CH. *quid iſtuc eſt mali?*

V. 57. AC. *Hoc ſis vide, ut palpatur? nullus eſt cum occœpit blandior.*

Vet. Cod. habet,

Hoc ſis vide, ut palpator nullus eſt, cum
occœpit, blandior.

Que c'eſt un bon engeolleur, quand il s'y met. Palpari, palpo percutere, palpator, verba ſunt ab equis deſumpta. Qui dicuntur,

---plauſæ ſonitum cervicis amare.

Horatius,

Cui malè ſi palpêre, recalcitrat undique
tutus,

Gloſſarium vetus, Palpo equo Καλαχεύω τ̃ ἵππȣ: Dicitur & palpum ποππυσμός. Iuvenalis Sat. 7, poppyſma vocat

Præbebit vati crebrum poppyſma roganti,

Vbi ſcholiaſtes vetus. Poppyſma eſt oris preſſi ſonus, & labiorum in ſe colliſorum ſtrepitus. Auctor Etymologici Ποππύσματα, κολακεῖαι ἵπποις ἀδαμάςοις.

V. 93, *Perij, AC. hem iſtuc unum verbum dixiſti veriſſimum.*

Stultitia iſtæc eſt, CH. *quid faciam? cedo,*
non credet pater
Si illam matri meæ emiſſe dicam.

Repono.-- *dixiſti veriſſimum,*

CH. *quid faciam? cedo. ſtultitia iſtac eſt,*
non credet pater.
Si illam, etc.

Dixerat ſupra Acanthio---*illicò*

Occucurri, atque interpello, matri te an-

cillam tuæ

Emiſſe illam.

Ait nunc Charinus, meram ſtultitiam eſſe, ſi dicat ſe eam virginem ancillam emiſſe matri ſuæ, nec crediturum patrem.

V. 107. *Poſteaquam aſpiciet te timidum eſſe, atque exanimatum, illicò*

Retinebit, rogitabit unde illam emeris, quanti emeris.

Lego *Rem tenebit; rogitabit, &c.*

Rem tenebit, Il ſçaura le faict.

Scena *Miris modis dij ludos, v. 3.*

Velut ego nocte hac quæ præterijt proxima

Inſomnis egi ſatis, & fui homo exercitus:

Lego, *Velut ego noctem hanc, quæ præterijt, proximam*

In ſomniis egi, ſatis & fui homo exercitus.

Noctem hanc in ſomniis egi, h, e, tota hac nocte ſomniavi. Sed *ſomnijs* legendum eſt διςυλλαβῶς, verſus cauſsâ.

Scena *Profecto ego illunc, v. 4.*

Quaſi hircum metuo ne uxor me caſtret mea,

Atq; illius hæc nunc ſimiæ partes ferat.

Lege, *Atq; illius hic nunc ſimiæ partes ferat.* *Hic*, ſcilicet Lyſimachus, cui puellam illam ſervandam dedit, non uxori. Scena ſuperiore — *viſus ſum*

In cuſtodiam eam Simiæ concredere.

V. 48. *Humanum amare eſt, humanum autem ignoſcere eſt.*

Neſcis? ne objurga, hoc non v.

Venerat mihi in mentem legere ut & Schoppio: *Neſis me objurga.*

Scena *Penteum diripuiſſe, v. ultimo,*

Domi me ergo maneto, CH. actutum facè cum præda ut recipias,

Scio quàm hic varia ſit correctorum conjectura Ego nihil mutaverim, aut ſi quid mutem, minimum mihi permittam ut legam,

----actutum fac te cum prædâ ut recipias.

Aſinaria *Quin ad ingenium verſutum te recipis tuum?*

Aulularia, *Neſcio unde ſe recipit domum.*

Milite---- *eadem illi inſidias dabo,*

Quam mox horſum ad ſtabulum iunix recipiat ſe e pabulo.

Cum preda, h, e, cum puellâ.

Scena, *Amicè amico operam dedi, v. 25:*

Operam accuſari non ſinam meam, LY. hem, iſtæc hercle res eſt.

Quin etiam tibi ancillam dabo, natam annos ſexaginta,

Peculiarem.

Vet. Cod. habet---- *res eſt.*

Ovem tibi eccillam dabo, natam annos ſexaginta,

Peculiarem.

Demiphonem intelligit. Certè amatores ſenes, oves vocat Bacchidum Scena ultimâ.

Nam amabo quis has huc ovis adegit?

Eum locum vide. Profectò de ove locutum, indicio ſunt quæ ſequuntur,

----*generis Græci eſt,*

Eam ſi curabis, perbona eſt, tondetur nimium ſcitè,

Ovem etiam legũt Meurſius & Gruterus.

V. 41.----PA. *amabo, an maritus ille eſt?*

Neque eſt, neque erit. LY, nolim quidem,
PA. *homo hercle perjuravit.*

Nullum adoleſcentulum plus amo.

Vet. Cod. habet

Neque eſt neque erit. LY. *noli quidem, homo hercle perjuravit.*

PA. *Nullum adol.*

Lege---- LY. *nolit quidem. homo hercle perjuravit,*

PA. *Nullum, &c.*

Nolit quidem, ſcilicet eſſe maritus, quia eum uxoris pœnitebat. *Homo hercle perjuravit*, ſubmiſsè pronunciandum eſt.

Scena *Adducam ego illum, v.* 12.

LY. *Per-*

LY. *Perverſè facies.* DE. *quod ne ames?* LY. *tanto minus.*

Vet. Cod. *quin ne amem?* Lege.--- *quam ne amem?* ſuppleſi oſculer pervorè faciam? Scena, *Sum ne ego homo miſer.* v. 4,

Ita mihi in pectore, atque in corde facit amor incendium,
Ni oculis lacrimæ defendant, iam ardeat credo caput.

Rectè vet Cod.

Ni ex oculis lacrimæ deſcendant, iam ardeat credo caput.

V. 12. *Divum atq; hominum quæ ſpectatrix, atq; hera eadem es hominibus,*
Spem ſperatam cum obtuliſti hunc mihi, tibi grates ago.

Ab his duobus verſibus, incipit Scena ſecunda act. 5. infrà, niſi quòd in ſecundo verſu, *quoniam* ſcriptum eſt pro *eum*, & hanc pro *hunc*. Fortunam autem intelligit quę Græcis δέσποινα dicebatur, Ennio etiam *hera*,

Vos ne velit an me regnare hera, quidve ferat fors,
Virtute experiamur.

V. 127. --CH. *quia æqualem & ſodalem civem liberum enicas.*

EV. *Ne dij ſirint,* CH. *demiſiſti gladium*

in jugulum, jam cadam.

Vet. Cod. *demiſiſti gladium in gulam, iam cadam.*

Gloſſarium vet. Gula, λαιμὸς, φάρυγξ, ut duo ſignificet, œſophagum, qua potui & cibo via eſt in ventriculum, & aſperam arteriam, quâ fiunt ſpiritus in pulmonem crebræ reciprocationes. Ait ergo Charinus veluti interceptam ſibi gladio viam, cùm cibi & potus, tum etiam ſpiritus, ut neceſſario moriendum ſit.

V. 35.---CH. *hem, iſtuccine eſt operam dare,*
Bonum ſodalem? EV. *quid me facere vis?*
CH. *idem quod me vides,*
Vt pereas.

Accuſat Eutychi fidem & diligentiam, quaſi voluerit eum de induſtriâ perdere. Propterea ait infrà,

Perdidiſti me, & fidem tecum tuam.

V. 75. ---*poſtea*
Clam patrem, patriâ hac affugiam, aut aliquid capiam conſilij.

Lego--- *patriâ hac aufugiam.*

Sic ſupra, *Iam inde porro aufugies.*

Terentius Eunucho---*bone vir Doro ſalve, dic mihi*
Aufugiſtin? CH. hera factum.

Sæpiuſculè tamen in his comœdiis, *affu-*

giam ſcriptum reperias pro *aufugiam*. Propterea, haud ſcio an non retinendum.
V. 31, *Iſta quidem illa eſt*. DO. *quæ illa eſt*?
LY. *illa*. DO. *io, illa*:
LY. Iam ſi nihil uſus eſſet, iam non dicere.
DO. *Non tu ſcis quæ ſit illa?* Lego
Iam ſi nihil uſus eſſet, iam mox dicerem.
Fingit ſibi non occurrere nomen illius mulieris. Nos Galli dicimus, *Ie le dirois cent fois pour une, s'il n'en eſtoit point de beſoing*.
Scena *Agite ite actutum, v. 22*.
-----LY. *ita me amabit Iuppiter,*
Vxor, ut ego illud nunquam dixi. DO. *etiam negas?*
CO. *Non te odiſſe ajebat, uxorem verum ſuam.*
DO. *Palam iſtæc fiunt te me odiſſe*. LY. *quin nego*.
CO. *Et uxorem ſuam ruri eſſe ajebat*.
Lambinus in ſecundo verſu, pro, DO. *etiã negas?* reponit, CO. *etiam negas*? Fruſtrà, nec impeditum expedit. Verſus eſt tranſpoſitus. Sic repone---DO *etiam negas?*
Palam iſtæc fiunt te me odiſſe. LY. quin nego.
CO. *Non te odiſſe aiebat uxorem verum ſuam.*
Et uxorem ſuam ruri eſſe ajebat.

Niſi ita diſponas, fruſtra dixerit coquus
Non te odiſſe ajebat, &c.

Scena *Ecaſtor lege dura, v. 5,*
Vxor viro ſi clam domo egeſſa eſt foras,
Viro ſit cauſſa, exigitur matrimonio.

Lege, *Vxor virom ſi clam.* vel
Vxor vero ſi clam &c. vide quæ ſupra anno to ad v. 36. Scenæ *Sequimini comites*, Caſ.

Scena *Divum atque hominũ quæ ſpect. v. 26,*
---, CH *qui me revocat? EV. ſpes, ſalus, victoria.*
CH. *Quid me voltis? EV. ire tecum.*
CH. *alium Comitem quærite.*
Non amittunt hi me comites qui tenent.
EV. qui ſunt ei?
CH. *Cura, miſeria, ægritudo, lacrimæ, lamentatio*

Manifeſtius eſt quam ut dici debeat legendum eſſe, *Non admittunt hi me comites qui tenent*, vel *hi mei comites qui t. Non admittunt*, ſcilicet opem, ſalutem, victoriam, quibus non rectè convenit cum curâ, miſeriâ, ægritudine, lacrimis & lamẽtatione.

V. 38. *Nubis ater, imberque inſtat.*
Vet. C. *Nubis atra, imberq; inſtat.*
Nota *nubis* poſitum pro nubes. Tum autem in vulgatis nubis eſſe maſculini gene-

ris, in vet. vero Cod. fœminini. *Multa* ut ait Priſcianus lib.5. *& in hac, & in aliis terminationibus confudiſſe genera, inveniuntur vetuſtiſſimi.*

Scena *Quaſi tu nunquam.* v. 3.

Edepol nunquam cavi; ne quid facerem, vix vivus ſum miſer.

Lego *Edepol quanquam cavi nequid facerem. Ne quid facerem,* h, e, Nequid committerem, nequid peccarem aut delinquerem erga uxorem. *vix vivus ſum*, ita me uxor malè habuit. Nam reverâ nihil deliquerat Lyſimachus.

Verſu ſubſequo,

DE. *At ego eam expurgationem habebo, ut ne ſuccenſeat,*

expurgationem habere, ut, orationem habere Ita loquutus eſt Amphitruone.

Scena *Amphitruo aſſum, v.* 10,

Habui expurgationem, facta pax eſt.

Verum haud ſcio an ſat bene. Vide quæ ibi annotamus. Non diſplicet coniectura.

At ego eam expurgatione cavebo ut ne ſuccenſeat.

Eam cavebo ut ne ſuccenſeat, Plautina locutio, quod ſæpè annotamus,

vel ex veſtigiis veteris, Cod.

At ego expurgatione cavebo ut ne ſuccẽſeat.

Vt ſit verſus ſeptenarius.

Scena ultima v. *22.*

DE. *Fateor. deliqui profecto.* EV. *Etiam loquere larva tu?*

Non decent hæc verba adoleſcentem ingenuum & pudentem. Repone ubique pro EV. LY. uſque ad verſum 45 ubi ait Eurichus. *Non reſciſcet, ne time.* Certè aut hæc omnia, aut non pauca ex his dixiſſe Lyſimachum indicat ipſe Demipho, cũ ait, v. 38. *Pergin' tu autem eia ſuperbè invehere?&c.*

V. 24. *Itidem ut tempus, anni, ætatem aliam aliud factum convenit,*

Coniunge. *Itidem ut tempus anni*, h, e, κατὰ ὥραν. Pro variis anni temporibus variantur & opera; Autumno atque hieme ſementis fit, æſtate meſſis.

V. 25. *Nam ſi iſtuc jus eſt, ſenectâ ætate ſcortari ſenes,*

Vbi loci res ſumma noſtra eſt publica? DE *hei perij miſer.*

EV. Adoleſcentes rei agendæ iſti magis ſolent operam dare.

Mihi ſic videtur elegantius, ſi verſus ferat.

----DE. hei perij, EV. amori

Adoleſcentes, rei agendæ iſti magis ſolent operam dare.

Iſti, nempe ſenes, ſolent ad rem attentiores eſſe. Terentius Adelphis.

Ad alia omnia ætate ſapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt?

V. 53. LY. *Vide.* EV. *me vide.* LY. *ſatis habeo. id quæſo hercle etiam vide.*

EV. *Non mihi credis?* LY. *immo credo, ſed tamen metuo miſer.*

Malim ſic diſpungere.

LY. *Vide, me vide.* EV. *ſatis habeo.* LY. *id quidem hercle etiam vide.*

Satis habeo, h, e, ſatis accepi, rectè cavi, ſatis datum mihi eſt a matre mea, eam tibi non fore iratam.

V. 55. EV. *Eamus intrò, dicamus ſenibus leges cenſeo,*
Priuſquàm abeamus.

V. C. EY. *Famus intrò.* LY. *immo dicamus:*

Scribe. EV. *Eamus intrò.* LY. *immo dicamus ſenibus leges cenſeo, &c.*

IN PSEVDOLVM.

ARgumento verſu ultimo.

Senexque argentum quod erat pactus reddidit.

V. C. *Senique argentum quod erat pactus reddidit.*

Seni, Simoni. *Reddidit*, Ballio leno. Scena *Viſo quid rerum.*

----BA. roga me viginti minas,
Si ille hodie illa ſit potitus muliere,
Sive eam tuo gnato hodie, ut promiſit, dabit.
Rogato hercle obſecro, geſtio promittere,
Omnibus modis, tibi eſſe rem ut ſalvam ſcias.
Atq; etiam habeto mulierem dono tibi,
SI. *Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier*
Vt concepiſti verba; viginti minas
Dabin'? BA. dabuntur.

Vide & finem Scenæ, *Malus & nequam eſt homo. Reddidit* tamen poteſt accipi pro ſimplici *dedit*, & ita ferri poteſt vulgata lectio. Prologo, v. 12.

In ſcenam qui ieiunus venerit, aut ſitiens,
Is riſu & ventre raſo vigilabit ſedulo.

Lego *Is riſu & ventre caſſo*, aut potius

Irriſus, uentre caſſo, vigilabit ſedulo.

Caſſo, id eſt inani, ut *caſſa nux*: Infra Sc: *Pſeudole non audis.*

Ted amatorem eſſe inventum inanem, quaſi caſſam nucem.

Gloſſarium vetus, Caſſus, Κενός. Quis neſcit famelicos eſſe vigilaces, ſomniculoſos vero eos qui ſe cibo & potu ingurgitarũt? Scena *Exite, agite, v. 22.*

Quin nunc, dolet ne? hem, ſic datur, ſi quis herum ſervus ſpernit.

Lego *Quid nunc, dolet ne? hem, &c. Hem* interiectio verberantis, Plaut. Curcul.

Hem, ut ſcias me liberum eſſe, ergo ambula in jus, hem tibi.

CV. *O cives, cives.* MI. *quid clamas*; PH. *quid iſtum tibi tactio eſt?*

V. 45. *Nam niſi penus annuus hodie convenit, cras populo proſtunam vos.*

Hunc locum citat Priſcianus Sic,

Niſi mihi annuus penus hic ab amatoribus congeratur, cras populo proſtituam vos ô puellæ. Sed quid hoc aliud eſt quàm Plauti verba, ἀποφαντικῶς, exponere? *Proſtituam*, h, e, proſcribam venales.

V. 50, ------ *improbæ, vino modò cupidæ eſtis.*

Eo vos veſtros panticeſq; adeo madefacitis, cum ego ſim hic ſiccus.

Lego *Eo vos veſtrum os, panticeſq; adeo madefacitis, cum, &c.*

Pantices exponit Feſtus, *frus ventris.* Quid autem ſit *frus* ait ſe neſcire Scaliger. Iunius pătices videtur interpetari Omaſum, partem venticuli craſſiorem & opimiorẽ, atque à panticibus vult dictam Gallis *panſe.* Quod ſi ita eſt, videtur & *frus* antiquis dictus ventriculus, a fruendo, quòd is omnium primus cibo fruatur, cum ſit cibo ac potui recipiendo primùm dicatus. Martialis,

Quid cum panticibus laxis, & compede grandi.

Scena, *Pſeudole non audis.* v. 3,

PS. *Benè curaſſis, liquido es animo, ego pro me et te curabo.*

Lego *Ba, ne curaſſis.* *Ba*, interiectio eſt avertentis. Ita paulò poſt

CA. *Quid opis eſt?* PS. *potin aliam rem ut cures?* CA. *at*, PS. *bat.* CA. *crucior*, PS. *cor dura.*

Ait Chariſius de ſententia Ceſellii vindicis, *bat* ſonum eſſe cornicinis lituum ex ore eximentis. Vide quæ annoto ad verſum 24. Scenæ primæ Aulul.

V. 42. *Sedſcin quid nos volumus*? BA. *pol ego propemodò, ut malè ſit mihi*.

Lego ---- *pol ego propemodòm, ut m*.

Scena *Si de damnoſis, v.* 21.

SI· *Vetus nolo faciat*. CA. *at enim necquicquam nevis,*

Vel túne faceres tale in adoleſcentia.

Diſtinguo *Vel tu ne fàceres tale in adoleſcentia*.

Ne faceres, h,e, non debuiſti facere, ſi iam à filio tuo fieri non vis.

V. 28. ὢ ζῶ. *quam pauci eſtis homines commodi!*

E hem illúc eſt patrẽ eſſe, ut æquum eſt filio.

V. C. habet--- *eſtis homines, commodiorem*

Illunc eſſe patrem, eſſet ut æquior filio.

Neſcio an malè coniecerim,

---- *homines commodi*!

Orem hunc patrem eſſe, ut æquior ſit filio;

Optat PſeudolusCaliphonem eſſe Calidori patrem, ut eo æquiore uteretur ille?

Commodi, h, e, comes, κόσμιοι, δέξιοι.

V. 45. PS. *Decet innocentem, qui ſit, atq innoxius*

Servum ſuperbum eſſe, apud herum potiſſimum;

Lege,--- *innocentem, qui ſit, atque innoxium*

Servum, &c. *Innocens* eſt qui nihil no-

cuit, *innoxius* qui noxam h, e, culpam non admiſit. Hæc tamen confundunt.

V. 75. SI. *Cur hæc, ubi reſciviſti illico,*
Celata me ſunt, cur non reſcivi? PS. *eloquar,*

Lego *Celata me ſunt? cur non rem ſcivi?* PS. *eloquar.*

Verſu ſequente;
Quia nolebam ex me morem prægigni malum,
Herum ut ſervos ſuum criminarer apud herum.

Suſpicabar ---*criminaret apud herum. Criminaret*, antiquè pro criminaretur: quod poſtea notatum didici ab Acidalio ex Mſſ. Camerarii,

Scena *Prò Iuppiter, ut mihi, v.* 6,
------*malorum meorum*
Fretus virtute dicam, mea induſtria & malitia, fraudulentiâ,
Facile ut vincam, &c.

V. C. *dicam, mei induſtriâ, &c. Mei induſtriâ*, τῇ αὐτοῦ μοῦ. Genitivus ab *ego*, mei vel mîs.

V. 11. ----*atque ad hoc meas legiones*
Adducam: ſi hoc expugno, facile ego hanc rem meis civibus faciam.

Legebam ---: *facilem ego hanc rem*. Poſtea ita ſcriptum repperi in veteri Cod. & ita

Douſa filius correxerat.

V. 17. ----quis hic eſt?

Qui oculis meis obviam ignorabilis obiicitur, libet ſcire.

Quid hic velit cum machæra, & huic quã rem agat hinc dabo inſidias.

Sic diſpungo & lego, ---- *quis hic eſt;*

Qui oculis meis obviam ignorabilis obiicitur? libet ſcire,

Quid hic velit cum machæra, & hîc quam rem agat. hinc dabo inſidias. vel *huic dabo inſidias* Ignorabilis & ignobilis eſt incognitus ἄγνωστος. Gloſſ. vet. Ignorabilior ἀγνωστότερος.

Scena, *Hi loci ſunt, v. 22.*

PS. *Es ne tu, an non es, ab illo milite Macedonio,*

Servus ejus, qui hinc à nobis eſt mercatus mulierem?

Ita diſpungo--- *ab illo milite Macedonio Servus, ejus qui hinc, &c* Caſus enallage.

V. 46. ----*verum ſi dare vis mihi,*

Magis erit ſolutum, quàm ipſi dederis.

HA. *at enim ſcin quid eſt?*

Legebam--- *quam ſi ipſi dederis.* At ſic non fuerit verſus catalecticus. Et videtur ita locutus aliâs, ellipſi τοῦ *potius*, ut hic ellipſi τοῦ *ſi*. Caſina,---*quod vir velit,*

Fieri, id facias quàm adverſere contrà. Aulularia etiam, Scena *Præſagibat mihi animus, v.* 53 ἐλλείπει τοῦ ſi, in Mſſ. Lang.

Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus
quàm nunquam ſiem.

Propterea iam hic nihil muto.

V, 48. *Hoc febrim tibi eſſe, quia non licet*
hoc injicere ungulas.

V. Codex veterem ſcripturam habet--*hoc inicere ungulas.*

Inicere, injicere, ut Abiciunt, Ἀποῤῥίπτουσιν in Gloſſ. vet.

Hoc injicere ungulas pro *in hoc iacere ungulas:* niſi *hoc* antique poſitum ſit pro *huc*, in crumenam ſcilicet.

V. 33. HA. *Siquidem hercle etiam ſupremi*
promptas theſauros Iovis,
Tibi libellam argenti nunquam credam.

Correxeram---*ſupremi promptes thes.* Idq; poſtea reperi citatum a Taubmano ex bono Cod. Dixerat Pſeudolus, ſe eſſe Subballionem, Ballionis condum promum, procuratorem peni.

Scena, *Dulcia atque amara v.* 19.

CH. *Dic utrum ſpem ne an ſalutem te ſalutem Pſeudole.*

PS. *Immò utrumq; CH. utrumq; ſalve. ſed quid actum eſt? &c.*

Perſonas ſic reſtitue.

CA. *Dic utrum ſpem ne an ſalutem te ſalutem Pſeudole.*

PS. *Immo utrumque.* CA. *utrumq ſalve.*

V. 22. PS. *Quis iſtic eſt?* CA. *Charinus.* PS *euge iam* *

CH. *Quis tu quicquid opus eſt, &c.*

Sambuci Codex vetus, ut & meus, addunt, --- *euge jam Charinum volt.* unde ego feceram --- *euge jam Charinum nolo*, vel, *euge jam charine vale.* Vt paulo poſt.

Bene ſit Charine, nolo tibi moleſtos eſſe nos.

Alii alia coniiciunt.

V. 26. CH. *Quid iſtuc eſt? &c.* Hic & in ſequentibus uſque ad

--- CA. *ſi ſervos eſt*

Numquid refert. v. 37. ubiq; pro CH. reſcribo, C A. & ſanam correctionem agnoſcet, ſcio, qui ſanè iudicabit. Nam cum ait Pſeudolus---- *tuam qui amicam hinc accerſebat.* Iem,

Liberam hodie tuam amicam amplexabere, ſatis indicat ſe cum Calidoro loqui, non cum Chalino.

V. 37. *Atq; eum qui non hic uſitatus ſæpè ſit.* C A. *ſi ſervos eſt,*

Numquid refert? Repone ex V. C. --- *qui non hic viſitatus* & pro, C A. reſcribe per-

ſonam CH. Nam poſtea Charinus ſervum a patre pollicetur. *Viſitatus* pro ſimplici viſus, Curcul.

Ibi me interrogat, ecquem in Epidauro
Lyconem trapezitam noverim?
Dico me noviſſe. quid lenonem Cappadocem? annuo
Viſitaſſe.

V. 39. *CH. Poſſe opinor me dare hominem tibi malum & dictum modò,*
Qui a patre advenit Caryſto.

Quis non ita diſpungendum videat?

----hominem tibi malum & dictum, modò
Qui a patre advenit

V. 40. *----nec dum exiit ex ædibus*
Quoquam, neque Athenas advenit unquam ante heſternum diem.

Malim *ante hodiernum diem*, ut magis cõveniat cum eo quod dixerat --- *modò Qui à patre advenit*. Si quis tamen *heſternum*, velit retinere, non repugno.

Scena *Cui ſervitutem di* In hac ſcena multa opinor eſſe tranſpoſita quæ ego ſic reponenda cenſeo.

Parvis magniſq; miſeriis præfulcior.
Nunc huic lenoni eſt hodie natalis dies.
Interminatus eſt a minimo ad maximum,
Si quis non hodie manus miſiſſet ſibi.

Eum cras cruciatu maximo perbitere.
Nunc neſcio hercle rebus quid faciam meis.
Neq; ego amatorẽ mihi invenire ullũ queo.
Qui amet me, ut curer tandem nitidiuſcule:
Neq; ego illud poſſum, &c.

V. 17. *Atque edepol, ut nunc male eum me- tuo miſer.*
Si quiſpiam det quoi manus gravior ſiet,
Quamquam illud aiunt magno gemitu fie- ri, &c.

Poſt *miſer* ſcribe virgulã pro puncto, Hic enim verſus cum ſequentibus coniungendus eſt. Et ſcribe.

Si quiſpiam det quo mi anus latior fiat,

αἰσχρολόγως. Voluit dicere, cuius opera fiam εὐρύπρωκτος.

Adeo, inquit, metuo mihi a lenone, ut vel mihi anum diſrumpi ſinam, ab eo qui munus daturus ſit, quod porro dem lenoni. Quanquam id magno cruciatu fiat, cum ſcilicet ani ſphincter muſculus dilatatur & veluti dilaceratur. Miror nulli ſuſpectum fuiſſe hunc locum, cum conſtet puerum aliqua de re loqui quæ illi dolorem excitatura eſſet, quod in accipienda pecuniâ non fit. Scio ſic locutum Virgilium

Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.

Sed quid hoc ad propoſitum? *Comprimere dentes videor poſſe*, ut ii ſcilicet qui dolore gravi afficiuntur.

Ait hic puer Catamitus, quanquam ſit adhuc iunior quam ut venerem poſtica parte facile pati poſſit, quod non niſi magno cum dolore fit, tamen metu lenonis, cui munus mittendum erat natali die, ſe paſſurum quid libet, ut habeat quod det. Amphimacer pes eſt in penultima ſede. Hic nonnulli *manum* interpretantur faſcinum viri. quod ſi ita velis accipere, legam, *quoi manus grandior ſiet*. Emphaſis eſt in nomine *grandior*. Sic Caſina, *Sc. Neque quo fugiam. Niſi quicquid erat calamitas profecto attigerat nunquam,*

Ita grande erat.

Ita enim exartuatos illos verſus, coniungo & lego. Prior coniectura mihi videtur probabilior.

Scena, *Si unquam quenquam*, *v*, *5*.

Dedit verba mihi hercle ut opinor, malus cum malos ſtultè cavi.

V. C.---*malus cum malo ſtulte cavi.*

Cavi malo pro cavi a malo. Sed malim legere, *malus cum malom ſtultè cavi.*

Nequam, inquit, ego ſum, qui a malo illo Simia parum mihi cavi. *Cavi malum* ut

Terentius Eunucho. *Quod cavere poſſis, ſtultum eſt admittere.*&, *Cavere puerum malè præcinctum*, dixit Suetonius in Iulio.

V. 11. S I. *Monendus ne me moneat. PS. nimis tandem abs te contemnor,*

Lego, *Monẽdus ne me moneas.* Sic Horatius,

Diſce docendus adhuc quæ cenſet amiculus.

Scena, *Minus malum hunc hominem, v.* 5.

----hoc eſt ſextum a porta proximum
Angiportum, in id angiportum me devorti juſſeras,

Legebam, *devorti juſſerat.* & ita eſſe in editione Veneta annotarunt Acidalius & Piſtoris. *Iuſſerat* ſcilicet miles, propterea ſequitur, *Quotumas ædis dixerit.*

Scena, *Ne plora, neſcis ut res ſit. v.* 7.

PS. quid tu intus quæſo deſediſti? quã diu
Mihi cor retunſum'ſt oppugnando pectore?

Lego *Quid tu intus quæſo deſediſti tam diu?*
Mihi cor retunſum'ſt oppugnando pectore.

Dum expecto rectè ne an perperam negotium peregeris, de abducenda virgine à lenone, ita mihi palpitando cor pectus tudit, ut iam ipſum penitus retuſum ſit. Scriptũ autem eſt *retunſum* pro retuſum inſerto, n, veteri more. Vide notam in v. 11. Scenæ. *Vbi ego nunc Libanum.* Aſin.

Scena *Malus & nequam eſt homo, v,* 32.

----BA. *Venus mihi hac*

Bona dat, cum hos huc adigit lucrifugas, damni

Cupidos, qui ſe ſuamq; &c.

V. C.----*cum hos huc adiicit lucr.* Lege

Bona dat, cum hos huc adicit lucrifugas, damni-

Cupidos, &c. *Adicit* pro adigit, veteri ſcriptura, Pacuvius *Machinam ordiris novam, manticulatam aſtu.*

Sanctiora adicis juranda jura, quibus cotidie,

Parva noxa extergentur. Et Damni-cupidos unico vocabulo, ut lucrifugas.

V. 100. ---BA. *non tu iſtinc abis?*

Nihil eſt hodie hic Sycophantis quaeſtus, proin tu Pſeudolo

Nuncies abduxiſſe alium praedam.

V. C. *Nihil eſt hodie iſtius ſycophantiis quaeſtûs, etc.* iſtius ſcilicet Pſeudoli. Malim tamen retinere vulgatam lectionem.

V. 107. BA. *Non confidit, ſycophanta hic nequam eſt, nugis meditatur male.*

Neſcio an ſit latinum *nugis meditari.* mihi ſine exemplo eſt. Niſi velis ita dictum nugis meditari, ut curare amicis, curare rebus alienis, quod alibi annoto, Certè nihil nos vetat legere--*nugas meditatur male.*

Ait non eſſe ſatis confidentem, ut probum ſycophantam decet, eumq; malè meditatas nugas proferre. Acidalius exponit *nugis meditatur*, nugatur, Scena 2. Act. 4. Pœn.

V. 121. ---*acutis oculis, ore rubicundo, admodum*
Magnis pedibus. S I. *perdidiſti, poſtquam dixiſti pedes.*
B A. *Pſeudolus fuit ipſus: actum eſt de me, jam morior Simo.*

Sic melius perſonas collocabis,
S L. *perdidiſti poſtquam dixiſti pedes.*
Pſeudolus fuit ipſus, B A. *actum eſt de me, jam morior Simo.*

Putant Plautum ſe ipſum hic deſcripſiſſe, ſub perſona Pſeudoli.

V. 130. B A. *Perdidit me.* S I. *at me viginti commodis multavit minis.*

Malim, *multabit.* Nondum enim accepit pecuniam ab hero Pſeudolus. Vide Scenã ultimam, Niſi Tò *multabit* accipias de iam, indictâ multâ, ſed nondum ſolutâ.

Multavit me viginti commodis minis.
Sic Galli dicimus, *Il m'a fait paier trois cens cinquante bonnes livres.* Aſinaria.
Quid ego aliud exoptem amplius, niſi illud cujus inopia'ſt,
Viginti argenti commodas minas, hujus

quas dem matri.

Commodas, h, è, iuſti ponderis & non adulterinas.

Scena *Quid hoc? ſiccine hoc fit?* v. 18.

---*manu candidâ cantharum dulciferum*
Propinare amiciſſimam amicitiam, neque ibi eſſe alium alio

Odio, etc. Douſa reſcribit--*ibi eſſe aliũ alij Odio.* Sed cur immutaverit neſcio, ita enim veteres declinabant, Alii, aliæ, alii, *alio, aliæ, alio.* Duo, duæ, duo. Hinc dua littora, dua pondo, pro duo littora, duo pondo. M. Cælius de veſtitu & vehiculis apud Priſcianum lib. 13. *Nam periurium ſiet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui honos detur, ubi datus ſit, tum uti eos mutem, atque alij modi ſim.* Diceba[illegible] & in nominativo alis pro alius. Catullus.

Coniugium quod non fortior auſit alis.

JN POENVLVM.

PRologo v. 55.

---*nunc rationes ceteras*
Accipite: nam argumentum hoc hîc cenſebitur.

Locus argumento 'ſt ſuum ſibi proſcenium.
Vos juratores eſtis, quæſo operam date.

Iuratores Lipſius interpretatur teſtes qui produci ſolent iurati. At Turnebus μεταφορικῶς pro ſpectatoribus accipit, qui ſint veluti arbitri & cenſores fabulæ. Verum V. C. Pariſienſis *viatores* habet, non iuratores. Neſcio an benè. Certè primus pes huius ſenarii fuerit trochæus. Sunt autem Viatores, ut ex Feſto diſcere eſt, apparitores magiſtratuum. De his vide Gellium c. 12. lib. 13. Eſt etiam *Viator* vici magiſter, ὁδῶν ἐπιμελητής. Gloſſarium Vetus. Viator. ὁδοιπόρος, ἀμφοδάρχης, ἀρχυπηρέτης. Poſſent (ſi verſus ſinat) hic accipi *viatores* pro curatoribus proſcenii, cum ait

Locus argumento eſt ſuum ſibi proſcenium:
Vos viatores eſtis.

Quia ſcilicet per vos ſtabit recténe an perperam procedat argumētum in hoc proſcenio. Vel pro apparitoribus & ἀρχυπηρέταις, quod ſint huic Chorago veluti magiſtratui miniſtraturi: Propterea ait

Vos viatores eſtis, quæſo operam date.

Poſſumus etiam numeris mederi ſenarii Iambici, tranſpoſitâ voculâ, ſic,

Viatores vos eſtis, quæſo operam date.

V. 108. *Omnes meretrices, ubi quiſque habitant invenit.*

Dat aurum, ducit, noctem rogat, poſtibi

Vnde ſit, cuiatis, captá ne an ſurrupta ſit

Lego *Dat aurum, ducit noctem, rogat poſtibi*

Unde ſit, quoiatis, capta ne an ſurrepta ſit.

Ita quoque priorem verſum emendarant Palmerius & Acidalius. Poſteriorem verſum trochaicum facit V. C. ſic,

Unde ſit, cuiatis, capta ne an ſurpta ſit.

Eſt autem *capta*, palam, in bello, apertâ vi: *ſurrepta*, clam, furtim, rebus quietis.

Scena *Negotij ſibi qui. v.* 49.

---- *lingua huic excidit, ut ego opinor. quid malùm*

Aſtans obſtipuiſti? AG, ſine amem, ne me obturba, ac tace.

V. C. *Aſtans obticuiſti?* Sic & Sambuci liber.

V. 53.---*quid illo nunc properas?* AN. *rogas?*

Quia herus nos apud ædem veneris mantat,

AD. *maneat pol. mane.*

V. *C*. AD. *mantet, at pol mane.*

V. 72. AD. *Heu ecaſtor, cum ornatum aſpicio noſtrûm ambarum, pœnitet*

Exornatæ ut ſimus. AN. *immò vero ſanè commode.*

Ita

Ita perſonas repono

AN. *Heu ecaſtor, cum ornatum aſpicio noſtrûm ambarum, pœnitet*

Exornatæ ut ſimus. AD. immò verò ſanè commodè.

Nã quæ hactenus verba fecit Aatheraſtilis, ſatis indicant, eiuseſſe potius ornatus pœnitere quam Adelphaſii, quæ omnia laudat mediocria. Adde quod, poſt verba illius quæ ſequitur, ait Agoraſtocles malle ſe ab ea amari quam a Diis. Erat autem eius amica Adelphaſiũ non Antheraſtilis. Lege hac ipſa ſcena à verſu 85. ad 95. Hoc & Acidalius viderat.

V. 60. *Aurum in fortuna invenitur, natura ingenium bonum*

Lambinus legit *in natura ingenium bonum.* Malim

Aurum fortunâ invenitur, naturâ ingenium bonum.

Et ſic fuerit verſus catalecticus.

V. 108. *Quæ habent nocturna ora, noctu ſacrificatum ire occupant.*

Turnebus *nocturna* exponit deformia. Sed quid ſi legamus *noctuina ora*, quomodo alibi dixit *noctuinos oculos*? quod & nos annotavimus ſuo loco. Certe & Galli deformes vocant *Cheveches* in forme vitupeřiũ.

K

Ait autem *noctu ſacrificatum ire occupant,* quia & noctuæ non niſi noctu volitant. Sic nihilominus verſus fuerit catalecticus, nam noctuina τριϭυλλαβῶς legendum eſt, u, medio eliſo.

V. 191. AD. *Verum etiam tibi hanc amittam noxiam unam, Agoraſtocles.*
Non ſum irata.

V. C. *---tibi hanc remittam noxiam.*

Scena *Quid nunc mihi es auctor, v. 10.*
Nunc obſecro te, &c,
Perque meos amores, perq; Adelphaſium meam,
Perq; tuam libertatem. MI. *hem nunc nihil obſecras.*

Acidalius ait *nihil* hic fruſtra eſſe,& delet, nec ſane eſt in V. C. At ego Tò *nihil* retinendum puto. Obſecrabat Agoraſtocles per dextram per lævam manus, per amores ſuos,perq; Adelphaſium ſuam,demum etiam per Milphionis libertatẽ. Ad quod reſpondet Milphio, eum iam nihil obſecrare,quod ſcilicet nulla ſibi eſſet libertas, eamque adeò vix ſperaret. Profectò ſi Tò *nihil* deleatur, nec aliud quicquam addatur, non erit Senarius perfectus.

Scena, *Di illum infelicent, v. 16.*
Cum ſcibunt Veneri ut adierit leno manũ,

Condignè aruſpex, non homo trioboli,
Omnibus in extis aiebat, &c.

Sic diſpungo--- *ut adierit leno manum*
Condignè, aruſpex, non homo trioboli, &c.

Condignè, h, e, prout merita eſt de me.

V. 31.----*viſcum legioni dedi*
Fundaſq;, eò proſternebant folia farferi.
LY· *Cui rei.* AN. *ne ad fundas viſcus adhæreſceret.*

V. C. habet--*eos proſternebam ut folia farferi.* Sed melior vulgata lectio. *eò*, ſcilicet in fundas. *Proſternebant* nempe legio. Sic & verſu, 35. pro *In fundis infundebam*, lege, *In fundas infundebant.* Eſt autem farferum, tuſſilago noſtra, βήχιον, populi albæ folio ſed ampliore.

V. 36. *Eo illos volantis juſſi funditarier.*
Lege ex V. C. *Ego illos vol. Funditarier*, h, e, fundis peti.

V. 43. AN. *An mihi hæc non credis? LY. credo ut mihi eſt æquum credier.*
AN. *Age eamus intro, dum exta referuntur: volo*
Narrare tibi etiam unam pugnam.

Lego---*LY. credo ut mihi eſt æquum credier.*
Age eamus intro, dum exta referuntur.
AN. *volo*
Narrare tibi, &c.

Credo ut mihi æquum eſt credier, h, e. non credo. Nam lenoni fidem haberi non eſt æquum. Vnde in proverbium abiit fides lenonia, & *perjurus leno*, ubiq; in comœdiis. in Prol. Captivorum.

Hic neque perjurus leno eſt, nec meretrix mala,
Neque miles glorioſus.

V. 49. --- AN. *tum tu igitur, die bono, Aphrodiſiis,*
Addice tuam mihi meretricem minuſculã.
Ita res divina mihi fuerit, res ſerias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem,
Profecto feſtos habeam decretum eſt mihi.
Nunc hinc eamus intro. LY ſequere hac me
AN. *ſequor, &c.*

Lego---*meretricem minuſculam.*

LY. Ita, res divina niſi fuerit. res ſerias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem.
Profeſtos feſtos habeam decretum eſt mihi.
Nunc hinc eamus intrò, ſequere hac me.
AN. *ſequor.* &c.

Res divina niſi fuerit, ſupple mihi. *Profoſtos feſtos habeam, &c.* Quaſi dicat. Omnes alii feſti dies erunt mihi profeſtorum inſtar, omniaque mea negotia in eos differre conſilium eſt, potius quàm ut hunc diem feſtum non agam. Feſtis diebus op-

ponuntur profeſti, dies, ut ait Nonius, vacui a feſtivitate. Plaut. Aulul. Sc. *Volui animum.*

---- feſto die ſiquid prodegeris,

Profeſto egere liceat, niſi peperſeris,

Gloſſ. Argent. Feſtus ἑορταστός. *Profeſtus* ἀνεόρταστος.

Scena, *Iam tenes præcepta in corde, v. 4.*

CO. *Quin edepol condoctior ſum, quam tragœdi aut comici*

MI. *Probus homo eſt.*

Legebam *Probus homo es* Ita & Acidalius.

Scena *Iam iſtuc ego revortar. v. 31.*

---- hunc chlamydatum quem vides

Ei Mars iratus eſt. LY. capite veſtro iſtuc quidem.

Lego ---- CO. *capiti veſtro iſtic quidem.*

Iſtic, h, e, iſte ſcilicet Mars, capiti veſtro iratus eſt. Ita Græci dicunt, εἰς κεφαλὴν σοί. Virg. *Di capiti ipſius.* Acidalius quoque pro LY. reſcripſit perſonam CO.

Verſu ſequente,

A D. *Hunc nunc Lyce ad te deripiendum adducimus,*

Cum prædâ hic hodie incedit venator domũ,

Canes compellunt in plagas lepide Lycum.

Lego - -- *adducimus.*

CO. *Cum prædâ hic hodie incedet vena-*

tor domum.

Tacitè hæc ſecum Collybiſcus. *Hic*, h, e, ego δεικτικῶς. *Canes* autem vocat advocatos. Ita correxerant Acidalius & Piſtoris.

V. 45. *Tu ſi te dij amant, agere tuam rem occaſio eſt.*

LY. *Ita ne ille eſt cupiens?* A D. *aurum habet, LY. præda hæc mea eſt.*

Male hæc cohærent. Lego

LY. *Ita ne ille eſt copis?* A D. *aurum habet, &c.* *Copis* id eſt Copioſus, dives. Vide Nonium in *Copi*. At ut ſenarius ſit perfectus non eſt elidenda ultima ſyllaba in aurum, nam aſpiratio ſequens conſonæ vicē gerit.

V. 69. CO. *Bonam dediſtis mihi operam*, LY. *it ad me lucrum.*

CO. *Illud quidem quorſum aſinus cædit calcibus.*

Malim perſonas ita collocare.

LY. Bonam dediſtis mihi operam, it ad me lucrum.

A D. *Illud quidem, quorſum aſinus cædit calcibus.*

Quorſum aſinus cædit calcibus. h, e, retrorſum, *a reculons, par deſſus l'eſpaule.* Hoc autem advocati dicunt ſubmiſſa voce.

V. 71. LY. *Blande hunc hominem compellabo. hoſpes hoſpitem,*

Salutat, &c.

V.C. habet, *Blande hominem comp:* omiſſo *hunc.*

Ita non erit facienda eliſio ultimæ vocalis in *blandè.*

Scena *quid eſt? quid vultis teſtes? v.* 3.

---- hic ſunt numerati aurei

Trecenti nummi qui vocantur Philippei.

V.C.*Trecenti nummi qui vocantur Philippi:* Sic ſupra, *Trecentos nummos Philippos portat præs ſibi.* Sic erit ſpondeus in ultima ſede, in modum ſcazontis.

V. 14. AG. *Eum vos eſſe meum ſervum ſcitis?*
A D. *ſcivimus.*
AG. *Rem adverſus populi ſæpe leges?* A D. *ſcivimus.*

V. C. habet --- *meum ſervum ſcitis?* AD. *ſcimus.*
Rem adverſus populi eſſe leges? AD. *ſcivimus.*

Ita ut prior verſus deſinat in ſpondeum, poſterior vero habeat in tertia ſede amphimacrum. *Scire* autem & hinc deductū ſciſcere, quo hic tam affectatè utuntur advocati, I. C. verbum eſt. Hinc ſciſcere legem, & plebiſcitum. Plautus Pſeudolo. *Ecquid is homo ſcitus eſt? C. Plebiſcitum non eſt ſcitius.* Cicero pro Plancio, *Plancius pri-*

mus legem ſcivit de publicanis. Idem 3. offic. *Durius etiam Athenienſes, qui ſciverunt ut Æginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur.* A qua pollicum præciſione, ut hoc obiter dicam, imbelles Gallis dicti *poltrons*, quaſi pollice truncati; Dictus enim pollex a pollendo; Græcis ἀντίχειρ, quod ſit inſtar alterius manus, quo qui ſunt privati, parum pollent ad quodvis opus.

Scena *Age tu progredere. v.* 1.

Age tu progredere, ut teſtes videant te iſtinc foras.

V. C. meus----*ut teſtes videant te ire iſtinc foras.* Primi duo verſus hi ſunt ſeptenarii, reliqui in hac ſcena ſenarii.

Scena *Satis ſpectatum eſt, v.* 19.

Et adire lubet hominem, et autem nimis eum auſculto libens.

Sambuci V. Codex, & Pariſienſis

Et adire lubet hominem equidem nimis eum, &c.

V, 56. M I. *Crede audacter, meo periculo,* *S T. malè credam & credam tamen.*

MI. *Scin' tu herum tuum meo hero eſſe inimicum capitalem? S T. ſcio.*

Propter amorem. M I. omnem operam perdis. S T. quid iam? M I. quia doctum doces.

Sic perſonas diſpono---*& credam tamen.*

Scin tu herum tuum meo hero eſſe inimicũ
capitalem? MI. ſcio

Propter amorem, omnem operam perdis,
ST. quidjam? &c.

Non enim leno erat inimicus Agoraſtocli propter amorem, ſed Agoraſtocles lenoni. V. 83, *ST. Omnia memoras. quò id facilius*
fiat, manu eas aſſerat
Suas populares, liberali cauſſâ,

Legebam *Somnia memoras*, quaſi ficta de Agoraſtocle Milphionem narrare exiſtimaret Synceraſtus. Sed malim ita diſpungere.

Omnia memoras quò id facilius fiat manu, &c.

Conſpirat, inquit, quod narras de Agoraſtocle, in perniciem quam lenoni machinor. Nam ſi Carthaginienſis eſt, iuſta cauſa erit, cur populares ſuas liberali cauſſa manu aſſerat.

Scena *Ain' tu dixe v. 33.*

Qui ſit, cuiatis, unde ſit, ne parſeris:

Vetus ſcriptura eſt apud Priſcianum

Qui ſit, quoiatis, &c.

A. 38. Pœ. *Ano. MI. ſalutat.* Pœ. *domni, &c.* V. C. Pœ. *Vo.*

M I. *ſalutat.* Scribe

Pœ. *Avo. MI. ſalutat. Avo*, id eſt vive, ſalve. purum purum Hebraicum eſt, unde latinum Ave. Vide Scaligerum lib. de Emend. temp. Sic & infra V. 41. V.C. habet. *Avo donni. hic mali, &c.* non ut eſt in vulgatis *Ano domni*. Ergo ubicunque ſcriptum, eſt *Ano*, reſcribe *Avo*.

Scena *Quis pultat*, v. 31,

MI. *Abeo igitur*. AG. *facies, modo quam memores, mavelim.*

Satis perſpicuum eſt legendum eſſe, *facias modò, quàm mem.*

Scena *Fuit hodie operæ precium, v.* 7.

...-tantus ibi clientarum erat numerus
Quæ ad Calydoniam venerant Venerem.
certò enim, quod quidem ad nos duas
Attinuit, præpotentes, pulcræ, paciſq; potentes ſoror fuimus, &c,

Reſcribebam, --- *venerant Venerem.* AN. *certò enim, etc.*

Quia Iunior illa Antheraſtilis, Adelphaſio multo levior, nec ea illi in verbis prudentia & gravitas, quæ huic. Hoc viſum etiam Acidalio eſt, qui Antheraſtilem loquẽtem facit, ab initio huius ſcenæ, quod, credo, rectius. Clienta fœmininum eſt a cliente. Plaut. Mil.

Habeo, eccillam, clientam meam, meretricem

adoleſcentulam.

Hor. apud Soſip.

Nec laconicas mihi

Trahunt honeſtæ purpuras clientæ

ex ode 18. lib 2. carm.

V. 11, AN. *Malim iſtuc aliis videatur, quam uti tu te collaudes. AD. ſpero equidem.*

Vt pol ego cum ingeniis quibus ſumus, atq; aliæ, cognoſco,

Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe a culpâ caſtas

Perſonas ſic diſpertiri oportet.

AD. *Malim iſtuc aliis videatur, quàm uti tu te collaudes.* AN. *ſpero equidem.*

AD. *Vt pol ego cum ingeniis quibus ſumus, atque aliæ, cognoſco,*

Eo ſumus, etc. Quaſi dicat, Equidem quantum ex diverſitate noſtri ingenii, (h, e, εὐφυΐας, φύσεως) cum aliarum meretricum ingenio, coniēcturam facio, eo ſumus genere natæ, ut, &c.

V. 20, AD. *Vt volup eſt homini mea ſoror, ſi quod agit cluet victoriâ?*

Scribe, AN. *Vt volup eſt* h.

V. 22. AN. *Stulta, ſoror, es magis quàm volo, an vero pulcra videre, obſecro,*

Si tibi illic non os oblitum eſt fuligine?

Repone perſonam. AD.

AD. *ſtulta ſoror, es magis quam volo, an vero, &c.*

Certè verba Agoraſtoclis ſequentia ſatis indicant rectè a nobis ſupra reſtitutas eſſe perſonarum notationes; Laudat enim ille amicæ ſuæ ſapientiam cum ait, *Nunc hinc ſapit, hinc ſentit, quicquid ſapit, e meo amore*. Erant ergo verba illa Adelphaſii illius amicæ, non Antheraſtilis. Præterea, niſi perſonæ ita collocentur, pugnantia loquetur Adelphaſium, ea enim dixerit ſupra, *Præpotentes pulchra, paciſq; potentes, ſoror, fuimus.* Item, *Sicut hodie nos inter alias præſtitimus pulcritudine.* Infra vero ait

Multa ſunt mulierum vitia, ſed hoc e multis maximum eſt,

Cum ſibi nimis placent, nimisque operam dant ut placeant viris.

V. 26 --- AG. *eſt lepida & lauta, ut ſapit?*
Pœ *ingenium patris habet, quòd ſapit.*
AG *Quæres iam diu edepol ſapientiam tuã, hæc quidem cum abuſa eſt.*
Nunc hinc ſapit hinc ſentit, quidquid ſapit, e meo amore.

Lego, *Quæres jam tu edepol ſapientiam tuã, hæc quidem quum abuſa eſt.*

Quum abuſa eſt, h, e, quandoquidem abſumpta eſt. Aſinaria,

AR. *Vbi illæc quæ dedi ante?* LE. *abuſa, nam ſi ea durarent mihi,*
Mulier mitteretur ad te.

Iam diu, inquit, abſumpta illi eſt tua ſapientia, Iam quidquid ſapit, id haurit e meo amore.

V. 32. ----*nimiſq;. operam dant ut placeant viris,*
Nimiæ voluptati eſt. Scribe, AN. *Nimiæ voluptati, &c.*

V. 35. AD. *Nos fore, invito domino noſtro, diebus paucis, liberas.*
Id ego, niſi quid di aut parentes faxint, quid ſperem haud ſcio.

Repone. AN *Nos fore, invito domino noſtro, diebus paucis, liberas,*
AD. *Id ego niſi, &c.*

V. 44. AG. *Multa bona vobis facere vult,*
AD. *bonus bonis benefeceris*

Legebam--- *bonus bonis benefecerit.* Ita & Acidalius.

Scena *Si ego minam, v. 6.*
---- *pignus cepi, abiı foras.*
Sic dedero, ære militari tetigero lenunculũ,

Reſcribo, *Sic dedero: arte militari tetigero lenunculum,*
vel ut eſt a Piſciano citatum, *Sic deriſorem arte mil. &c.* Sic ſupra ſc. *Age tu.*

Non ſum nequicquam miles factus, paululũ
Præda intus feci, dum lenonis familia
Dormitat.

Vnde patet, quid hic artem militarem vocet, nempe, rapere, clepere, harpagare.

V. 9. *Sed mea amica nunc mihi irato obviã*
ueniat velim,
Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut
ſit morula.
Itáq; replebo atritate, atrior multò ut ſiet
quàm Ægyptij.

Morulam dictam putat Alciatus a moris maturis quæ nigra ſunt. Sed quid ſi legamus *maurula* a mauris hominibus naturâ nigris? aut, quod in V. C. ſcriptum eſt, *merula*, quæ avis nigra eſt?

V. 13. ANTHER. *Tene. ſis me arctè, mea*
voluptas, malè ego metuo milvos, mala,
Illa beſtia eſt, ne fortè me auferat pullũtuũ.
Vt nequeo ſatis te complecti mi pater! ANTHEM, *ego &c.*

Legebam---- *male ego metuo miluom.* Gruterus non malè retinet *milvos* ex Mſſ. Malè ego metuo, ne fortè milvos me auferat. At illud opinor non benè, quod pro ANTHER reponit AD. & ait verba eſſe ad Agoraſtoclem, patrem enim & alloquitur, & amplexatur Antheraſtilis quod in-

dicant verba militis ſequentia.

V. 14. ---*pullum tuum.*

Ut nequeo ſatis te complecti mi pater, ANTHEM, *ego,*

Repone: --*pullum tuum,*

AD. Vt nequeo ſatis te complecti mi pater! ANTHEM. *ego, &c.*

Nam ambę ſorores Antheraſtilis & Adelphaſium amplexabantur patrem. Ait Antheraſtilis ſc. præcedente,

Ambæ filiæ ſumus, amplectamur ambæ.

V. 53. Pœ. *Quis hic eſt? AC. Vtrumvis eſt, & leno & Lycus.*

In ſervitute hic habuit duas filias tuas.

AN, Et mihi hic auri fur eſt.

Per AN. intelligendus eſſet Anthemonides miles, non Antheraſtilis. Sed per placet V. C. qui ſcribit ſine interpoſita militis perſona---*filias tuas.*

Et mihi auri fur eſt.

Nam miles argenti minam lenoni dederat non aurum. Agoraſtocles verò villico ſuo trecentos Philippos aureos, quos hic porrò lenoni. Vide ſcenam *Suſpendant omnes nunc jam,* ubi ait AGORAſtocles lenoni,

Age, omitte actutum, furcifer, marſupiũ.

Manifeſtò fur es mihi,

IN PERSAM.

SCena prima, v. I.

Qui amans egens ingreſſus eſt princeps in amoris vias,

Superavit ærumnis is ſuis ærũnas Herculis.

Legebam----*ingreſſus eſt præceps in amoris vias*, ut notet inconſiderantiam amantũ. Scio principem pro primo capi poſſe. Sed quare hoc de primo amatore dicat potius quam de reliquis, cum ſint eadem ærumnæ cuivis amanti pauperi cõmunes? Hoc & Meurſio placuerat qui ait *priceps* ſcriptum fuiſſe pro *præceps*.

V. 16. TO. *O Sagariſtio, di ament te.* SA. *ô Toxile, dabunt dî quæ exoptes.*

V. C. habet, *danunt dì*, Lego, *danint dì quæ exoptes, danint*, dent. Plautus Perſâ

Cui ſervitutem dij danunt lenoniam. Vide Nonium.

Scena *Omnem rem inveni, v. 13.*

Ne mi hæc incocta detis. SA. rem loquitur meram,

Nihil ſunt crudæ, niſi quas madidas glutias.

Reſtitueram, *Nihili ſunt crudæ*, quod po-

ſtea repperi in V. C.

V. 16. *Nihil eſt macrum illud Epicrocum pellucidum.*

Scribe & hic *Nihili eſt macrum il.&c.* In Gloſſ. Philox. Epicrocum. Ἐσθῆτος εἶδος. ἢ σχοίνιον ἀριθμοῦ κατώτερον. Epulatio, Εὐωχία, Epicrocum, Τηλαυγὲς. Coniungendum Epicrocum, Ἐσθῆτος, εἶδος τηλαυγὲς. ἢ σχοίνιον, &c. Et fortaſſe, Epicrocum epulatio, εὐωχία. ut denotet hunc locum, idque ſatis impropriè, Hic enim ponitur μεταφορικῶς non pro epulatione, ſed pro pulmenti quodam genere, croceo, tenui & pellucido a ſimilitudine veſtimenti illius tenuis & pellucidi, croceo colore tincti, quod epicrocum dicebatur, auctore Feſto.

Scena *Satin hæc tibi ſunt, v. 4.*

TO. *Non edepol ſcis.* PÆ. *da hercle pignus, ni omnia memini & ſcio.*

TO. *Equidem ſi ſcis tute quod habeas hodie digitos in manu,*

Eodem pignus tecum. PÆ. *audacter, ſi lubido eſt perdere.*

Lego---- *ni omnia memini. id ſcio*

Equidem, ſi ſcis tute, quot habeas hodie digitos in manu.

TO. *Eodem pignus tecum.* PÆ. *audacter, ſi lubido eſt perdere.*

Eò dem pignus tecum, h, e, ea de re auſim tecum pignore certare, me ſcilicet melius ſcire quot ſint mihi digiti in manu, quàm tu, quod ego tibi dixi.

V. 23, PÆ. *Sophoclidiſca, di me amabunt,*
 SO. *quid me? utrum?*
 PÆ: *hercle neſcio.*
 Sed ſi, ut digna es, faciant, odio hercle habeant & faciant malè.

Lego ---- SO. *quid me?* PÆ. *utrum hercle neſcio,*
 Sed ſi, ut digna es, faciant, &c.

Neſcio utrum te dii amaturi ſint, an odio habituri, ſed. &c.

V. 33. ----SO. *ergo hoc mihi expedi,*
 Quò agis? PÆ *quò tu.* SO. *dic tu, prior rogavi, &c.*

Lege ---- *quo tu?* SO. *dic tu, prior rog.*

V. 46. SO. *Habes neſcio quid*, PÆ. *ne me attrecta ſubagitatrix.* SO. *Sin te amo?*

V. C. habet ---- *ne me attrecta ſubigatrix.* Reſtituo veterem ſcripturam, --- *ne me attrecta ſubicitatrix.* Subicere dicebant pro ſubigere, & ſubicitare pro ſubagitare.

Scena *Iovi opulento, inclyto, v.* 11.
----*& genio meo multa bona faciam,*
 Diu quod bene erit, die uno abſolvam, &c.

Lego *Diu quo benè eſcit, die uno abſolvam*

Eſcit interpretor eſſe poſſit. Id quo in diuturnum tempus ſatis commodè poſſim vitam ſuſtentare, die uno abutar. *Ie mangeray en un jour, ce dont ie pourrois faire bone chere long temps.* In lege decem virali

Si morbus ævitaſve, vitium eſcit.

Lucretius, *Ergo rerum inter ſummam minimamq; quid eſcit.*

Feſtus Eſcit erit interpretatur, unde obeſcit & ſupereſcit pro oberit & ſupererit. Apud Lucret. lib 2. in his verſibus,

Præterea, nihil officiunt, obſtanq; figuræ Diſſimiles, quo quadratum minus eſſet in illis,

Scaligerum memini reponere — *quo quadratum minus eſcit in illis.*

Vt ſcriptum ſit *eſcit* pro *ſit.*

V. 14, *Nam demum lepidum eſt, triparcos homines vetulos, avidos, aridos*

Bene admordere: qui ſalinum ſervo obſignant cum ſale.

V. C. habet *Dente admordere, qui alimentum ſervo obſignant cum ſale.*

Oſignant, κατασφραγίζοντα, ſigni impreſſione occludunt.

Scena *Penſum meum quod* v. 24.

Tu me defigas, te cruci ipſum propediem affigent alij.

Malim, *affigant alij*, ut ſint optativa omnia.
Scana *Quæ res bene vortant. v.* 48,
VIR. *Lubere per me tibi licere intelligo,*
Verum libere haud liceat ſi lubeat mihi
Lego *Verum lubère haud liceat, ſi lubeat, mihi.*
Ait lubere patris quidem eſſe, non filiæ, quam potius decet eſſe dicto obedientem patri. Hoc & Piſtoris vid:rat.
Scena *Probati hic argenti, v.* 2,
----- SA. *quid ei nummi ſciunt?*
DO. *Crumenam hanc emere, aut facere ut remigret domum.*
V. C. habet *Cruminam*, ut ſupra monui ſemper ſcriptum eſſe in Mſſ Langii. Vetus ſcriptura, i, pro, e,
Scena *Hoſtibus victis, v.* 4,
Ea vobis grates habeo, atque ago, quia probe ſum ultus meum inimicum.
Lego *Eò vobis grates habeo. Eò, quia.*
V. 8. *Unde ego omnes hilaros, lubentis, lætificantis faciam, ut fiant aliqua mihi*
Quorum opera hæc mihi facilia facta facta ſunt, quæ volui effieri.
Legebam --- *lætificantis faciam, ut fiant aliqua ibus,*
Quorum operû hæc mihi etc
Vt referatur a me aliqua gratia iis quorũ

opera, &c. Eadem loquendi formâ utitur infra, *mutua fiunt a me.*

Scena *qui ſunt qui erunt, v.* 43.

PY. *Nequeo leno quin tibi ſaltem ſtaticulũ, olim quem Hegea*
Faciebat. vide vero, ſi tibi ſatis placet, SA. me quoq; volo
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.

Scio defendi poſſe, --- *me quoque volo Reddere*, ut ſit volo me reddere, Sed venerat mihi in mentem

--- *im quoq; volo*
Reddere, *im* hoc eſt eum, vide not. in Trucul. Prolog. v. 4 Eum ſcilicet ſtaticulum, ſaltationis ſtatariæ genus, ut eſt apud Macrobium. Celebres apud veteres Ionici modi Hor. lib. 3. Carm. od. 5.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam nunc & inceſtos amores
De tenero meditatur ungui.

Plaut Pſeud. *ex diſciplina Ionica perdidici.*

V. 47. *Iam ego tibi, ſi me irritaſſis, Perſam adducam denuo.*

Iam taceo hercle, atque tu Perſa es, &c.

Scribe DO. *Iam taceo hercle.* Ita in aliis Codicibus,

DÆ. Qui? SC. *quia poſt cœnam, credo, laverunt heri.*

Quid hic *heri* facit in re præſenti? Ait enim poſtea,

Homunculi quanti eſtis ejecti! ut natant!

Lego *here*, Nam re vera ſervus herum alloquitur. Vide quæ notamus ad verſũ tertium ſcenæ: *Quid iſtuc eſt obſecro neq.*

V. 81. *At in vado 'ſt, iam facile enabit, eugepe,*

Propemodum adducor ut legam, *jàm facile evadit*, Nam quid opus eſt in vado enatare?

Scena, *Omnibus modis, qui pauperes ſunt*, *v.* 15,

Niſi quid concharum capſimus, incœnati ſumus profecto.

Lego --- *incœnati ſimus profecto.* de futuro, Scena *Animo adverſavi ſedulò, v.* 1.

Animo adverſavi ſedulo ne herum præteririrem.

Tò *Animo adverſavi* exponit Lambinus, animo verſavi. Sed malim legere *Animom adverſavi*, vel unico vocabulò *Animadverſavi*, Nam ſic ut dicimus verto, verſo, cur non etiam animadverto, animadverſo?

V. 7.---TR. *ecquem adoleſcentem huc,*

Dum

Dum hic aſtatis, ſtrenuâ facie, rubicundum, fortem, qui tres
Duceret clamydatos cum machariis, vidiſtis venire?

V. C. habet *macharis* non machæriis. Hic neſcio quid audio nugari interpretes, de ſemi hominibus non hominibus, non palliatis, ſed chlamydatis, cum machæriis non machæris, quos Pleuſides non ferret, ſed duceret. Liræ, liræ. Nam propriè chlamys, χλαμύς, fuit veſtis militaris, pallio brevior ac ſtrictior, ut eſſet expeditior. Virgilius 8. Æn.---- *ipſe agmine Pallas*
In medio, chlamyde & pictis conſpectus in armis.

Curculione Sc. 2. Act. 5. ait miles,
Quæratis chlamydem hanc & macharam unde ad me pervenerit,

Auctor Etymologici magni, χλαμὺς, ὃ περιφερὲς καὶ κυκλοειδὲς, ὃ ἐν Ζωνθέᾳ λεγόμενον σταγμάτιον, ὅπερ φορῦσιν οἱ κηροφόροι. Vbi ſic reſcribo. τὸ ἐν Ζωνθέᾳ λεγόμενον στάγος: ἱμάτιον ὅπερ φορῦσιν οἱ κηροφόροι. Κὴρ, κηρὸς, parca, mors. Κηροφόρους igitur vocat militares homines, quaſi θανατηφόρους. Vt ſit idem Chlamys quod ſagum, indumentum militare. Ait ergo hic ſervus, Pleuſidippum herum ſuũ ſecum duxiſſe tres homines militares, qui

Pœ. *Avo, MI. ſalutat. Avo*, id eſt vive, ſalve. putum putum Hebraicum eſt, unde latinum Ave. Vide Scaligerum lib. de Emend. temp. Sic & infra V. 41. V.C. habet. *Avo donni. hic mali, &c.* non ut eſt in vulgatis *Ano domni.* Ergo ubicunque ſcriptum, eſt *Ano*, reſcribe *Avo.*

Scena *Quis pultat*, v. 31,

MI. *Abeo igitur.* AG. *facies, modo quam memores, mavelim.*

Satis perſpicuum eſt legendum eſſe, *facias modò, quàm mem.*

Scena *Fuit hodie operæ precium, v.* 7.

....tantus ibi clientarum erat numerus
Quæ ad Calydoniam venerant Venerem.
certò enim, quod quidem ad nos duas
Attinuit, præpotentes, pulcræ, paciſq; potentes ſoror fuimus, &c,

Reſcribebam, *--- venerant Venerem.* AN. *certò enim, etc.*

Quia Iunior illa Antheraſtilis, Adelphaſio multo levior, nec ea illi in verbis prudentia & gravitas, quæ huic. Hoc viſum etiam Acidalio eſt, qui Antheraſtilem loquētem facit, ab initio huius ſcenæ, quod, credo, rectius. Clienta fœmininum eſt a cliente. Plaut. Mil.

Habeo, eccillam, clientam meam, meretricem

adoleſcentulam.

Hor. apud Soſip.

Nec laconicas mihi

Trahunt honeſtæ purpuras clientæ

ex ode 18. lib 2. carm.

V. 11, AN. *Malim iſtuc aliis videatur, quam uti tu te collaudes. AD. ſpero equidem.*

Vt pol ego cum ingeniis quibus ſumus, atq; aliæ, cognoſco,

Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe a culpâ caſtas

Perſonas ſic diſpertiri oportet.

AD. *Malim iſtuc aliis videatur, quàm uti tu te collaudes.* AN *ſpero equidem.*

AD. *Vt pol ego cum ingeniis quibus ſumus, atque aliæ, cognoſco,*

Eo ſumus, etc. Quaſi dicat, Equidem quantum ex diverſitate noſtri ingenii, (h, e, εὐφυΐας, φύσεως) cum aliarum meretricum ingenio, coniecturam facio, eo ſumus genere natæ, ut, &c.

V. 20, AD. *Ut volup eſt homini mea ſoror, ſi quod agit cluet victoriâ.*

Scribe, AN. *Ut volup eſt* h.

V. 22. AN. *Stulta, ſoror, es magis quàm volo, an vero pulcra videre, obſecro,*

Si tibi illic non os oblitum eſt fuligine?

Repone perſonam. AD.

AD. *ſtulta ſoror, es magis quam volo, an vero, &c.*

Certè verba Agoraſtoclis ſequentia ſatis indicant rectè a nobis ſupra reſtitutas eſſe perſonarum notationes; Laudat enim ille amicæ ſuæ ſapientiam cum ait, *Nunc hinc ſapit, hinc ſentit; quicquid ſapit, e meo amore.* Erant ergo verba illa Adelphaſii illius amicæ, non Antheraſtilis. Præterea, niſi perſonæ ita collocentur, pugnantia loquetur Adelphaſium, ea enim dixerit ſupra, *Præpotentes pulchræ, paciſq; potentes, ſoror, fuimus.* Item, *Sicut hodie nos inter alias præſtitimus pulcritudine.* Infra vero ait

Multa ſunt mulierum vitia, ſed hoc e multis maximum eſt,
Cum ſibi nimis placent, nimisque operam dant ut placeant viris.

V. 26. — AG. *eſt lepida & lauta, ut ſapit?*
Pœ *ingenium patris habet, quòd ſapit.*
AG *Quæres iam diu edepol ſapientiam tuã, hæc quidem cum abuſa eſt.*
Nunc hinc ſapit hinc ſentit, quidquid ſapit, e meo amore.

Lego, *Quæres jam tu edepol ſapientiam tuã, hæc quidem quum abuſa eſt.*

Quum abuſa eſt, h, e, quandoquidem abſumpta eſt. Aſinaria.

AR. *Vbi illæc quæ dedi ante?* LE. *abuſa, nam ſi ea durarent mihi,*
Mulier mitteretur ad te.

Iam diu, inquit, abſumpta illi eſt tua ſapientia, Iam quidquid ſapit, id haurit e meo amore.

V. 32. ----*nimiſq; operam dant ut placeant viris,*

Nimiæ voluptati eſt. Scribe, AN. *Nimiæ voluptati, &c.*

V. 35. AD. *Nos fore, invito domino noſtro, diebus paucis, liberas.*
Id ego, niſi quid di aut parentes faxint, quid ſperem haud ſcio.

Repone. AN *Nos fore, invito domino noſtro, diebus paucis, liberas,*
AD, *Id ego niſi, &c,*

V. 44, AG. *Multa bona vobis facere vult,* AD. *bonus bonis beneſeceris*

Legebam--- *bonus bonis beneſecerit.* Ita & Acidalius.

Scena *Si ego minam, v. 6.*

----- *pignus cepi; abij foras.*
Sic dedero, ære militari tetigero lenunculū,

Reſcribo, *Sic dedero: arte militari tetigero lenunculum,*

vel ut eſt a Piſciano citatum, *Sic deriſorem arte mil. &c.* Sic ſupra ſc. *Age tu.*

Non ſum nequicquam miles factus, paululũ
Præda intus feci, dum lenonis familia
Dormitat.

Vnde patet, quid hic artem militarem vocet, nempe, rapere, clepere, harpagare.

V. 9. *Sed men amica nunc mihi irato obviã*
ueniat velim,
Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut
ſit morula.
Itáq; replebo atritate, atrior multò ut ſiet
quàm Ægyptij.

Morulam dictam putat Alciatus a moris maturis quæ nigra ſunt. Sed quid ſi legamus *maurula* a mauris hominibus naturâ nigris? aut, quod in V. C. ſcriptum eſt, *merula*, quæ avis nigra eſt?

V. 13. ANTHER. *Tene. ſis me arctè, mea*
voluptas, malè ego metuo milvos, mala,
Illa beſtia eſt, ne fortè me auferat pullũtuũ.
Vt nequeo ſatis te complecti mi pater! ANTHEM, *ego &c.*

Legebam---- *male ego metuo miluom.* Gruterus non malè retinet *milvos* ex Mſſ. Malè ego metuo, ne fortè milvos me auferat. At illud opinor non benè, quod pro ANTHER reponit AD. & ait verba eſſe ad Agoraſtoclem, patrem enim & alloquitur, & amplexatur Antheraſtilis quod in-

dicant verba militis ſequentia.

V. 14. ----*pullum tuum.*

Ut nequeo ſatis te complecti mi pater, ANTHEM, *ego,*

Repone: ---*pullum tuum,*

AD. Vt nequeo ſatis te complecti mi pater! ANTHEM. *ego, &c.*

Nam ambę ſorores Antheraſtilis & Adelphaſium amplexabantur patrem. Ait Antheraſtilis ſc. præcedente,

Ambæ filiæ ſumus, amplectamur ambæ.

V. 53, Pœ. *Quis hic eſt? AC, Vtrumvis eſt, & leno & Lycus.*

In ſervitute hic habuit duas filias tuas.

AN, Et mihi hic auri fur eſt.

Per AN. intelligendus eſſet Anthemonides miles, non Antheraſtilis. Sed per placet V. C. qui ſcribit ſine interpoſita militis perſona---*filias tuas.*

Et mihi auri fur eſt.

Nam miles argenti minam lenoni dederat non aurum. Agoraſtocles verò villico ſuo trecentos Philippos aureos, quos hic porrò lenoni. Vide ſcenam *Suſpendant omnes nunc jam,* ubi ait AGORASTOCLES lenoni,

Age, omitte actutum, furcifer, marſupiũ.

Manifeſtò fur es mihi,

IN PERSAM.

SCena prima, v. 1.

Qui amans egens ingreſſus eſt princeps in amoris vias,

Superavit ærumnis is ſuis ærũnas Herculis.

Legebam---*ingreſſus eſt præceps in amoris vias*, ut notet inconſiderantiam amantũ. Scio principem pro primo capi poſſe: Sed quare hoc de primo amatore dicat potius quam de reliquis, cum ſint eadem ærumnæ cuivis amanti pauperi cõmunes? Hoc & Meurſio placuerat qui ait *priceps* ſcriptum fuiſſe pro *præceps*.

V. 16. TO. *O Sagariſtio, di ament te. SA. ô Toxile, dabunt dì quæ exoptes.*

V. C. habet, *danunt dì*, Lego, *danint dì quæ exoptes, danint*, dent. Plautus Perſâ

Cui ſervitutem dij danunt lenoniam. Vide Nonium.

Scena *Omnem rem inveni, v. 13.*

Ne mi hæc incocta dctis. SA. rem loquitur meram,

Nihil ſunt crudæ, niſi quas madidas glutias.

Reſtitueram, *Nihili ſunt crudæ*, quod po-

ſtea repperi in V. C.

V. 16. *Nihil eſt macrum illud Epicrocum pellucidum.*

Scribe & hic *Nihili eſt macrum il. &c.* In Gloſſ. Philox. Epicrocum Ἐσθῆτος εἶδος ἢ σχοίνιον ἀραιὸν κατώπτερον. Epulatio, Εὐωχία, Epicrocum, Τηλαυγές. Coniungendum Epicrocum, Ἐσθῆτος, εἶδος τηλαυγές. ἢ σχοίνιον, &c. Et fortaſſe, Epicrocum epulatio, εὐωχία. ut denotet hunc locum, idque ſatis impropriè, Hic enim ponitur μεταφορικῶς non pro epulatione, ſed pro pulmenti quodam genere, croceo, tenui & pellucido a ſimilitudine veſtimenti illius tenuis & pellucidi, croceo colore tincti, quod epicrocum dicebatur, auctore Feſto.

Scena *Satin hæc tibi ſunt, v. 4.*

TO. *Non edepol ſcis.* PÆ. *da hercle pignus, ni omnia memini & ſcio.*

TO. *Equidem ſi ſcis tute quod habeas hodie digitos in manu,*

Eodem pignus tecum. PÆ. *audacter, ſi lubido eſt perdere.*

Lego--- *ni omnia memini. idſcio*

Equidem, ſi ſcis tute, quot habeas hodie digitos in manu.

TO. *Eodem pignus tecum.* PÆ. *audacter, ſi lubido eſt perdere.*

Eò dem pignus tecum, h, e, ea de re auſim tecum pignore certare, me ſcilicet melius ſcire quot ſint mihi digiti in manu, quàm tu, quod ego tibi dixi.

V. 23, PÆ. *Sophoclidiſca, di me amabunt,*
SO. *quid me? utrum?*
PÆ. *hercle neſcio.*
Sed ſi, ut digna es, faciant, odio hercle habeant & faciant malè.

Lego ---- SO. *quid me?* PÆ. *utrum hercle neſcio,*
Sed ſi, ut digna es, faciant, &c.

Neſcio utrum te dii amaturi ſint, an odio habitari, ſed. &c.

V. 33. ----SO. *ergo hoc mihi expedi,*
Quò agis? PÆ *quò tu*. SO. *dic tu, prior rogavi, &c.*

Lege ---- *quo tu?* SO. *dic tu, prior rog.*

V. 46. SO. *Habes neſcio quid*, PÆ. *ne me attrecta ſubagitatrix.* SO. *Sin te amo?*

V. C. habet ---- *ne me attrecta ſubigatrix.* Reſtituo veterem ſcripturam, --- *ne me attrecta ſubicitatrix.* Subicere dicebant pro ſubigere, & ſubicitare pro ſubagitare.

Scena *Iovi opulento, inclyto, v.* 11.
---- *& genio meo multa bona faciam,*
Diu quod bene erit, die uno abſolvam, &c.

Lego *Diu quo benè eſcit, die uno abſolvam*

Eſcit interpretor eſſe poſſit. Id quo in diuturnum tempus ſatis commodè poſſim vitam ſuſtentare, die uno abutar. *Ie mangegeray en un iour, ce dont ie pourrois faire bone chere long temps.* In lege decem virali

Si morbus ævitaſve, vitium eſcit.

Lucretius, *Ergo rerum inter ſummam minimamq; quid eſcit.*

Feſtus Eſcit erit interpretatur, unde obeſcit & ſupereſcit pro oberit & ſupererit. Apud Lucret. lib 2. in his verſibus,

Præterea, nihil officiunt, obſtanq; figuræ
Diſſimiles, quo quadratum minus eſſet in illis,

Scaligerum memini reponere — *quo quadratum minus eſcit in illis.*

Vt ſcriptum ſit *eſcit* pro *ſit*.

V. 14, *Nam demum lepidum eſt, triparcos homines vetulos, avidos, aridos*
Bene admordere, qui ſalinum ſervo obſignant cum ſale.

V. C. habet *Dente admordere, qui alimentum ſervo obſignant cum ſale.*

Oſignant, κατασφραγίζονται, ſigni impreſſione occludunt.

Scena *Penſum meum quod* v. 24.

Tu me defigas, te cruci ipſum propediem affigent alij.

Malim, *affigant alij*, ut ſint optativa omnia.

Scana *Quæ res bene vortant. v.* 48,

VIR. *Lubere per me tibi licere intelligo,*

Verum libere haud liceat ſi lubeat mihi

Lego *Verum lubère haud liceat, ſi lubeat, mihi.*

Ait lubere patris quidem eſſe, non filiæ, quam potius decet eſſe dicto obedientem patri. Hoc & Piſtoris vid:rat.

Scena *Probati hic argenti, v.* 2,

----- SA. *quid ei nummi ſciunt?*

DO. *Crumenam hanc emere, aut facere ut remigret domum.*

V. C. habet *Cruminam*, ut ſupra monui ſemper ſcriptum eſſe in Mſſ Langii. Vetus ſcriptura, i, pro, e,

Scena *Hoſtibus victis, v.* 4,

Ea vobis grates habeo, atque ago, quia probe ſum ultus meum inimicum.

Lego *Eò vobis grates habeo. Eò, quia.*

V. 8. *Unde ego omnes hilaros, lubentis, lætificantis faciam, ut fiant aliqua mihi*

Quorum opera hæc mihi facilia facta facta ſunt, quæ volui effieri.

Legebam--- *lætificantis faciam, ut fiant aliqua ibus,*

Quorum operû hæc mihi etc

Vt referatur a me aliqua gratia iis quorũ

opera, &c. Eadem loquendi formâ utitur infra, *mutua fiunt a me*.

Scena *qui ſunt qui erunt*, v. 43.

PY. *Nequeo leno quin tibi ſaltem ſtaticulũ, olim quem Hegea*
Faciebat. vide vero, ſi tibi ſatis placet, SA. me quoq; volo
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.

Scio defendi poſſe, --- *me quoque volo Reddere*, ut ſit volo me reddere, Sed venerat mihi in mentem

--- *im quoq; volo*

Reddere, *im* hoc eſt eum, vide not. in Trucul. Prolog. v. 4 Eum ſcilicet ſtaticulum, ſaltationis ſtatariæ genus, ut eſt apud Macrobium. Celebres apud veteres Ionici modi Hor. lib. 3. Carm. od. 5.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam nunc & inceſtos amores
De tenero meditatur ungui.

Plaut Pſeud. *ex diſciplina Ionica perdidici.*

V. 47. *Iam ego tibi, ſi me irritaſſis, Perſam adducam denuo.*

Iam taceo hercle, atque tu Perſa es, &c.

Scribe DO. *Iam taceo hercle*. Ita in aliis Codicibus,

JN RVDENTEM.

PRologo v. 38.
Rem benè paratam comitate perdidit.
Lege ex V. C. *Rem bene partam comitate perdidit.*
Eſt autem *comitate*, liberalitate. Trinummo Sc. *Quo illic homo.*
Deûm virtute habemus, & quî noſmet utamur pater,
Et aliis quî comitati ſimus benevolentibus.
Ibidem ---*ſit ipſe, dum aliis comis eſt, inops amator.*
Malè Lambinus exponit facilitate & commoditate morum.
V. 49. *Ei erat hoſpes, par illius, Siculus, ſenex*
Sceleſtus,
V. C. habet, *Ei erat hoſpes pravus, Siculus, ſenex Sceleſtus.*
Malim retinere vulgatam lectionem. *Par illius*, ſcilicet lenonis, h. e. æque malus ac leno
Scena *Et vos a voſtris, v.* 10,
SO. *Qui nominat me?* DÆ. *qui pro te ar-*

gentum dedit.

SC. Quaſi me tuum eſſe ſervum dicas, Dæmones?

V. Codex non habet *Dæmones*, nec fruſtra, niſi quod alioquin non fuerit ſenarius perfectus.

V. 17. --- SC. *quid tu id quæritas?*

An quo furatum venias mox veſtigas loca?

Legebam *venias nox*, *veſtigas l. Nox* pro noctu ut aliâs in lege xuirali cap. 55

Si nox furtum faxit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Eſt enim nox furtivis rebus aptior. Ita & Douſa filius correxerat

V. 57. *Cererem te melius quam Venerem ſectarier.*

Amorem hæc curat, tritico curat Ceres.

Sambuci Codex, habet, *tritico cum curat Ceres*, ex quo feceram *triticom curat Ceres*, niſi malis:

Amorei hæc curat, tritico curat Ceres.

Amorei ἀρχαϊκῶς pro amori. Curare alicui rei Truculento,

Tuo veſtimento & cibo, alienis rebus curas. Sticho,

Meis curavi amicis. Infrà, *illis curandum cenſeo.*

V. 62, *Propter viam illi ſunt vocati ad prandium*

DÆ. *Qui?* SC. *quia poſt cœnam, credo, laverunt heri.*

Quid hic *heri* facit in re præſenti? Ait enim poſtea,

Homunculi quanti eſtis ejecti! ut natant!

Lego *here*, Nam re vera ſervus herum alloquitur. Vide quæ notamus ad verſũ terrium ſcenæ: *Quid iſtuc eſt obſecro neg.*

V. 81. *At in vado 'ſt, iam facile enabit, eugepe,*

Propemodum adducor ut legam, *jàm facile evadit*, Nam quid opus eſt in vado enatare?

Scena, *Omnibus modis, qui pauperes ſunt, v.* 15,

Niſi quid concharum capſimus, incœnati ſumus profecto.

Lego --- *incœnati ſimus profecto.* de futuro,

Scena *Animo adverſavi ſedulò, v.* 1.

Animo adverſavi ſedulo ne herum præterirem.

Tò *Animo adverſavi* exponit Lambinus, animo verſavi. Sed malim legere *Animom adverſavi*, vel unico vocabulò *Animadverſavi*, Nam ſic ut dicimus verto, verſo, cur non etiam animadverto, animadverſo?

V. 7.---TR. *ecquem adoleſcentem huc,*

Dum

Dum hic aſtatis, ſtrenuâ facie, rubicundum, fortem, qui tres
Duceret clamydatos cum machariis, vidiſtis venire?

V. C, habet *macharis* non machæriis. Hic neſcio quid audio nugari interpretes, de ſemi hominibus non hominibus, non palliatis, ſed chlamydatis, cum machæriis non machæris, quos Pleuſides non ferret, ſed duceret. Liræ, liræ. Nam propriè chlamys, χλαμύς, fuit veſtis militaris, pallio brevior ac ſtrictior, ut eſſet expeditior. Virgilius 8. Æn.---- *ipſe agmine Pallas*
In medio, chlamyde & pictis conſpectus in armis.

Curculione Sc. 2. Act. 5. ait miles,
Quæratis chlamydem hanc & machæram unde ad me pervenerit,

Auctor Etymologici magni, χλαμὺς, ὃ περιφερὲς καὶ κυκλοειδὲς, ὃ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον σαγιμάτιον, ὅπερ φοροῦσι οἱ κηροφόροι. Vbi ſic reſcribo. τὸ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον σάγος: ἱμάτιον ὅπερ φοροῦσι οἱ κηροφόροι. Κὴρ, κηρὸς, parca, mors. Κηροφόρους igitur vocat militares homines, quaſi θανατοφόρους. Vt ſit idem Chlamys quod ſagum, indumentum militare. Ait ergo hic ſervus, Pleuſidippum herum ſuũ ſecum duxiſſe tres homines militares, qui

ſcilicet ſibi præſidio eſſent adverſus lenonem, quem e fuga volebat retrahere. Eos ipſe Pleuſidippus ſic ſupra alloquitur initio Sc. 2.

Et vos a voſtris abduxi negotiis,
Neque id proceſſit qua vos duxi gratia,
Neque quivi lenonem ad portum prahendere.
Sed, meâ deſidiâ, ſpem deſerere nolui,
Eò vos, amici, detinui diutius.

Scena *Qui homo ſeſe miſerum. v.* 351

LA. *Quin tu hinc is a me in maximam malam crucem.*

CH: *Eas, eaſque res agebam commodum.*

Acidalius legit,

Eas quidem res tecum agebam commodum.

Ego vero lego

Eas, tuaſque res age tecum commodùm.

Eas ſcilicet tu ipſe in malam crucem, & tuas tecum res abducito. Alludit ad formulam divortii,

Valeas, tibi habeas res tuas, redde meas,

Atq; indicat nolle ſe eum ſequi in malam crucem. Niſi malis legere

Meas, tuaſque res agebam commodùm.

Quaſi dicat, mihi malè precaris, qui tibi tamen, & mihi optime conſulueram, abſque naufragio foret. Nam lenoni perſua-

ſerat Charmides, in Sicilia quæſtum eſſe maximum meretricibus. Vide prologum, & infrà hac eadem pagina. Maius tamen acumen eſt in priori coniecturâ.

Scena, *Quid iſtuc eſt obſecro negotij*, *v.* 3.

Neſcio quem metuentes miſeræ, nocte hac vero proxumâ,
Se iactatas atque eiectas hodie eſſe aiunt e mari.

Laborant hæc ab non notata virgula poſt *iactatas*, Ait enim iactatas nocte proxima, hodie vero eiectas e mari. Vide notam ad 62. verſum Scenæ, *Et vos à voſtris*.

Scena *Prô Cyrenenſes populares. v.* 25.

TR. *Quî lubet maledicere? equidem tibi bona exoptavi omnia.*

DÆ. *Bené equidem tibi dico, qui, te digna ut eveniant precor.*

TR. *Obſecro hoc prævortere ergo.* DÆ. *quid negocij eſt?*

Turnebus ita repoſuit: prius ſcriptū erat, TR. *Obſecro hoc revorteret* DÆ. *ergo quid.* Fuerat mihi in mentem

Obſecro hoc prævorte tergo. DÆ. *quid negocij eſt?*
Hoc, nēpe quod tu mihi malè ominatus es,
Vt meam virgidemiam, & uberem meſſem mali.

Sed mihi vetus lectio non diſplicet.

Obſecro hoc revortere ergo. DÆ. *quid negotij eſt?* TR. *mulieres, &c.*

Hoc, ἀρχαϊκῶς pro huc, ad id ſcilicet quod te rogo, omiſſis maledictis.

Scena *Nunc id eſt, cum omnium*, v. 13.

Par eſt moriri, neque eſt melius morte in malis

Rebus miſeris.

Scribe virgulam poſt *rebus*. Nihil eſt miſeris melius morte, in malis rebus.

V. 15. *Ceſſo ego has conſolari? heus Palæſtra.* PA. *qui vocat?*

Scio Trachalionem mulieres poſtea conſolaturum, Sed malim. *Ceſſo ego has compellare?* Nam prius eſt ut adeat, atq; alloquatur, poſterius ut conſoletur.

V. 32. *Præſidio veneris, malitiæ lenonis contra incedam*

V. C. habet----*malitiam lenonis contra incedam.*

Incedam contrà malitiam lenonis. *Contra incedere*, ut contra niti, contra venire, cōtra pugnare, Lucretius.

----tamen eſſe in pectore noſtro,
Quiddam quod contra pugnare obſtareque poſſit.

Gloſſ. Argent. contravenio, ἀντιλέω,

Scena *Exi e fano, v. 22,*

DÆ. *Hæ autem Veneri complacuerunt.*
LA. habeat ſi argentum dabit.
DÆ. *Do tibi argentum, nunc adeò ut ſcias meam ſent.*

Lambinus reponit, *Dem tibi argentum?* Ego verò,

Det tibi argentum?

Scilicet, Venus. Dixerat leno
habeat ſi argentum dabit.

V. 28. L A. *Vi agis mecum* TR. *etiam vim opprobras flagitij flagrantia?*

V. C.----*etiam vim improperas flagitij flagrantia?*

Gloſſarium vetus Improperium Ὄνειδος. Improperat ὀνειδίζει.

V. 37. ----DÆ. *ô filia*
Mea, cum ego hanc video, mearum me abſens miſeriarum commones,
Trima quæ perijt mihi.

Lego ----*o filia*
Mea! cum ego hanc video, mearum me abſens miſeriarum commonet,
Trima quæ perijt mihi.

V. 43. *Tu ne hic fellis virginalis, liberos parentibus*
Subjectos habebis, atque indigno quæſtu conteres?

in fine σποιδάζοντα, coufuſis pedibus: habet enim

Meam ne ille amicam leno vi violenta, &c.

Scena *Benefactum & volupe eſt, v. 9.*

Nam nunc & operam ludos facit, et retia,
Vt tempeſtas eſt nunc, atq; ut noctu fuit.

Quis hunc locum mendi ſuſpectum haberet, niſi moneret Priſcianus *retiam* legendum eſſe, non retia, ut ſit Retia, retiæ, fœminini generis, declinationis primæ? Habet & V. C. *retiam.*

Scena *Heus mane, v. 30.*

----TR. *non ferat*
Si dominus veniat? GR *dominus huic nemo, ne fruſtra ſies,*
Niſi ego nemo natu 'ſt, hunc qui cepi in piſcatu meo,

Lego---- *dominus huic homo, ne fruſtra ſies,*
Niſi ego nemo natu'ſt.

V. 88. GR. *Mane jam, reperirem, quo pacto nec fur, nec ſocius ſies.*

Diſtingue, *Mane, jam reperirem, quo pacto.* vel,

Mane, jam repererim quo pacto, &c.

V. 97. TR. *Vin qui in hac villa habitat, ejus arbitratu tu fieri?*

Scribo ----*ejus arbitratu confieri.* h, e tranſigi ſupple negotium, litem hanc noſtram

& controverſiam de vidulo. Virgilius 4. Æn.

----- *nunc qua ratione, quod inſtat*
Confieri poſſit, paucis (adverte) docebo.

Vide Donatum in Sc. 1. Act. 1. Andriæ. Eſt & confieri, abſumi, Trinummo, Sc. *Minus quindecim*

----- *confit citò*
Quàm ſi tu objicias formicis papaverem.

Lambinus legebat *arbitratu rem fieri.* Acidalius --- *arbitratu fieri.* omiſſo, *tu*, quod nec vetus C. meus habet.

Scena *Seriò edepol, v. 5.*

----- MV. *miſera perijmus,*
DÆ. *Ego vos ſalvas ſiſtam, ne timete, ſed quid vos foras*
Proſequimini? quoniam ego aſſum faciet nemo injuriam
Ite, inquam, domum ambo, nunc iam ex præſidio præſides

Lego ----- *ſed quin vos foras*
Proſequimini? quoniam ego aſſum faciet nemo iniuriam.
Ite, inquam, domo amba nunc jam ex præſidio præſides.

Has enim vult ſenex domo ſua exire, & in aram rurſus confugere, propter uxoris ſuſpicionem.

V. 68. GR. *Iuppiter te dique perdant. quid ais, vir venefice?*

V. C. non habet *vir*. Lego--- *quid ais tri-venefice?*

Scena *Quam mox licet te compellare. v.* 8.
GR. *Iſto tu pauper es, cum nimis ſanctè pius.*

Lego---- *cum nimis ſanctè pias*, h, e, pietatem exerces. Sic Aſinaria, *piare pietatem.*
Vbi piem pietatem, ſi iſto more moratam tibi
Poſtulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis?

Nęvius apud Nonium, *Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos.* Hinc factum & *Piens* pro pio. Onomaſticon Argentorati editum, Piens, Εὐσεβής. Alioquin hic diſtingue--- *ſancte piu's*, pro pius es.

IN STICHVM.

SCena *qui manet; verſ.* 1.
Qui manet ut moneatur ſemper ſervos homo, officium ſuum,
Nec voluntate id facere meminit ſervos, is habitu haud probus eſt.

Lambinus reponit,

Nec voluntate id facere meminit ſua, is hab.

Atqui nihil opus fuit,ſed ita diſpungendũ,

Nec voluntate id facere meminit, ſervos is habitu haud probus eſt.

Ita non inelegãter repetitur *ſervos. Voluntate meminit*, h,e, ut loquitur aliâs, a ſe,ſua ſponte, nullo alio monente. Milite

Quin ſi voluntate nolit, vi extrudam foras.

Habitu haud probus eſt, h, e, non eſt domi habendus ſive detinendus, ſed extrudendus foras, ut domino inutilis.

V. 13. AN. *Si manere hic ſeſe malint, potius quàm aliò nubere,*

Non faciam, quid mihi opu' ſt, &c.

Lego in priore verſu

Si manere ſic ſeſe malint, potius quàm aliò nubere,

In poſteriori verò ex v. c.

Faciant: nam quid. &c.

Sic, id eſt viduæ, maritis abſentibus. *aliò*, h, e, aliis maritis.

V. 19. *Quaſi nunquam quicquam in eas ſimulem, quaſi nihil inaudiverim*

Eas in ſe meruiſſe culpam.

Illud ---- *quaſi nihil inaudiverim*, mihi ſuſpectum eſt, propter illa quæ ſubiicit infra

Antipho,

Sic faciam, aſſimulabo, quaſi aliquam culpam in ſeſe admiſerint.

Sed vix reperio quî implicatum locum explicem. An ita legi commodè poteſt?

Quaſi nunquam quicquam in eas ſimulem, quin ſimul inaudiverim,
Eas in ſe meruiſſe culpam.

Quicquam in eas ſimulem, tmeſis eſt, pro eas quicquam inſimulem. Inſimulatio, inquit Donatus, eſt falſi & veri criminis incuſatio. Gloſſarium vetus utramque ſignificationem ponit. Inſimulabant, κατηγόρουν. Inſimulatur Διαβάλλει. Lege inſimulat, Διαβάλλει, h.e, calumniatur. Quaſi, inquit, non ſoleã eas temere accuſare, aut obiurgare, ſed ita demũ ſi aut certo ſciam, aut ſaltem audiverim eas aliquid deliquiſſe.

Scena *Famem fuiſſe ſuſpicor, v. 92.*

——— GR. *Panegyris*

Rogare juſſit te multo opere maximo,
Mecum ſimitu ut ires ad ſeſe domum.

V. C. *Rogare juſſit te ut opere maximo.*

Rectius opinor legas,

Rogare juſſit tecum opere maxumo
Mecum ſimitu, &c.

Vt ſit verſus quinarius. *Rogare tecum*, hoc

eſt rogarete. Rudente Sc. *Exi è fano,*

----tecum oro ſenex,

Vt illas ſerves, vim defendas, dum ego herum adduco meum.

Scena *Quiſnam obſecro, v.* 16.

DI. *At ego perij, cui medullam laſſitudo perbibit.*

GE. *Quid ego? cui miſero medullam ventris percepit fames.*

Lipſius reponit, *perrepit fames*, I. Gulielmius, aut nihil mutat, aut reſcribit percipit. Ego mihi de coniectura maxime plaudo, & lego

---medullam ventris peredit fames.

Vt ſit alluſum ad *perbibit* præcedentis verſus. Facile autem fuit, inſerto, c, & d, inverſo, ex *peredit* facere *percepit*. Idem viderant Palmerius, & Pontanus, atq; annotant ſic alibi finxiſſe Plautum *Peredeſiam*, & *Perbibeſiam*.

V. 28. *Ecquis huc affert naſiternam cum aqua? &c.*

Hunc verſum citat Feſtus ex Nervolaria Plauti, ubi legitur *naſſiterna* gemino, *ſſ.* Quod corrigit Scaliger, & deducit à naſo, quod ſcilicet tres naſos, id eſt anſas haberet, Reſcribe ergo apud Feſtum, *in Sticho*, pro *in Nervolaria.* Niſi velis in utra-

que fabulâ hunc verſum ſcriptum fuiſſe.

Scena *Ita me dij benè ament, v.14.*

AN. *Quando ita rem geſſiſtis, uti vos vellem, amicos atque addecet,*
Pax commerciumq; eſt vobis mecum.

Malim -----*uti vos vellem ambos, utque addecet*, vel,

---*Vti vellem ambos, utque uti addecet;&c.*

Verſu ſequente,

Vt cuique homini res eſt, firmi amici ſunt: ſi res labat,
Itidem amici collabaſcunt, res amicos invenit.

In. V. C. meo prior verſus excurrit paulò longius, habet enim

----*ſi res laſſæ labant*, Sed legendum eſſet -----*ſi res lapſæ labant*, niſi malis *res lapſu labant*, quemadmodum Hæbræi dicunt *morte morieris*, h. e. certò morieris.

V.60. *Habeon' rem factam? inquit, faciam: ita, inquit, ut fieri voles.*

Malim, *Habeon' rem pactam? inquit*, Sic Trinummo

Scena *Minus quindecim dies ſunt.*

Sine dote poſco tuam ſororem filio,
Quæ res benè vortat, habeon' pactam? quid taces?

Scena *Eſt ita ut occœpi narrare vobis, v. 18.*

EP. *Non it, non it, quia tantopere ſuades ne bitat*. GE. *iube,*

Domi mihi, tibi, tuaq; uxori celeriter cœnam coqui.

Rectius V. C. hæc omnia Gelaſimo tribuit ſic.

GE. *Non it, quia tanto opere ſuades, ne bita. iube*

Domi mihi, tibi, &c.

Non it ſcilicet foras cœnatum. Sed ſi vis perfectũ ſenarium lege, *Non it, non it, quia.* Scena, *Salvete Athenæ*, v. 16.

Ibi noſter cœnat cum uxore adeò & Antipho.

Lego *Ibi voſter cœnat*. Ita & Acidalius repoſuerat.

Verſu ultimo huius fabulæ,

Vos ſpectatores plaudite, atque ite ad nos comeſſatum:

Lege---- *ite ad vos comeſſatum*. Ita & Parei editio habet. Non eſt hiſtrionum convivio ſpectatores accipere. neque eſſet in his verbis lepos.

IN TRINVMMVM.

SCena *Larem Coronâ, v.* 30.
ME. *Malis ut verbis multis multum te obiurgitem.*
CA. *Men'?*ME. *numquis eſt hîc alius præter me atque te?*
CA. *Nemo eſt. quid igitur?* ME. *rogitas? te ne objurgitem?*
Niſi tute mihi me cenſes dicturum malè.
Sic diſpungo & perſonas colloco.
CA. *Nemo eſt.* ME. *quid igitur rogitas te ne objurgitem?*
Niſi tute mihi me, &c.
Quem ego hic obiurgem niſi te, inquit Megaronides, ſiquidem hîc ſoli ſumus ambo: Nam ego memet profectò non ſum obiurgaturus. Ita & Acidalius cenſuerat.
Scena *Sta illico, noli adverſari. v.* 66.
Quis me improbior perhibeatur eſſe? hæc famiferatio.
Te honeſtet, me autem collutulet, ſi ſine dote duxeris.
V. C.------ *hæc famigeratio,*

Te honeſtet, me autem collutulet, &c.

Famigeratio in malam partem accipitur. Sic ſupra,

Famigeratori res ſit cum damno & malo,

Famigerator, *porteur de faux bruits.*

Scena *Salſipotenti & multipotenti, v. 9.*

Atque hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam, & nobiles apud homines
Pauperibus te parcere ſolitum, divites damnare atq; domare.

Lego----*auribus acceperam, et nobilem apud homines,*

Pauperibus te parcere, &c. nobilem te apud homines, pauperibus parcere. Nobilem, ἐπίσημοι, ἔνδοξοι.

Damnare, damno afficere. Gloſſarium vetus perbreve. Damnat Ζημιάζει. Item Onomaſticon Argentoratẽſe, Damno, as. Βλάπτω. Alludit ad glorioſum illum Romanorum titulum, quem & Virgilius affectatè inſeruit 6. Æn.

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Scena *Huic ego diei nomen v. 49.*

ST. Pater iſtius adoleſcentis dedit has duas mihi epiſtolas,
Lesbonici. CH. mihi eſt amicus, teneo hunc manifeſtarium.

Malim ſic diſpungere,

---- dedit has duas epiſtolas.

CH. *Lesbonici? mihi eſt amicus. teneo,* &c.

V. 87. *Omnium primum, in Pontum advectis, ad Arabiam terram ſumus.*

CH. *Eho an etiam Arabia eſt in Ponto?*

ST. eſt, non illac ubi tus gignitur,

Sed ubi abſinthium fit, atque cunila gallinacea.

Miror commentatores hic ne γρῦ quidem. Ex Arabia multa advehuntur pharmaca, eaque præſtantia, præſertim aromatica (quale etiam abſinthium eſt) ſed ex Ponto non pauca: Potiſſimum autem eſt abſinthium Ponticum, quod cuivis abſinthio præfertur a Galeno aliiſque medicorum filiis. Propterea Pontum etiam Arabiam vocat, aut certè Arabiam in Ponto ait eſſe graphicus hic Sycophanta.

Cunilam autem quidam cenſent eſſe origanum Heracleoticum alii Satureiam ſeu tymbram. Sed cum ſit Satureia duplex, Sylveſtris & ſativa, Sativam hic opinor dici cunilam gallinaceam, quod ea iuſculis etiam immitti conſueverit.

V. 93. *Quod eſt tibi nomen adoleſcens?*

ST. Pax, id eſt nomen mihi.

Hoc quotidianum 'ſt

Iam monuerat Meurſius legendum *Tax*

a tagacitate, Sed ego ita diſpungo & lego.

Quod eſt tibi nomen adoleſcens? ST. Tax
quidem nomen mihi.
Hoc quotidianum'ſt.

Innuit ſibi multiplex nomen eſſe. Atque unum quidem quotidianum & uſitatum; alterum vero inſolens ac non ita vulgo notum, unum longiſſimum, alterum minuſculum, quale hoc eſt. Dixerat ſupra, ----, *age dum nomen tuum primùm memora mihi.*

ST. Magnum facinus incipiſſis petere. CH. quid ita? ST. quia, pater,
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,
Concubium ſit noctis, priuſquàm ad poſtremum perveneris.

CH. *Opus face & viatico, ad tuum nomen, ut tu prædicas.*

ST. Eſt minuſculum alterum, quaſi vaſculum vinarium.

V. 94. *Hoc quotidianum'ſt.* CH. *edepol nomen nugatorium,*
Quaſi dicas, ſiquid crediderim tibi, Pax, periiſſe illico.

Legebam---- *edepol nomen furatorium!*
Quaſi dicas, ſi quid crediderim tibi, Tax, periiſſe illico.

Sycophantæ tamen nugatores audiebant. Curculione Actus 4. ſc. 1.

Edepol, nugatorem lepidum, lepidè hunc nactu'ſt Phædromus.

Halophantam, an Sycophantam hunc magis eſſe dicam neſcio.

Ornamenta quæ locavi metuo ut poſſim recipere.

Nonius, Nugator, nugis turbator. Erat & *Nugo* incontinens & nequam. Apul. lib 5. Metamorph *Sed utique præſumis nugo & corruptor, & inamabilis, te ſolum generoſum, nec me jam per ætatem poſſe concipere.* In Gloſſ. vet. Nuga, Σαπρὸς, ἀσελγής. Lege. Nugo Nota autem σαπρὸν de homine dici, ut λόγος σαπρὸς in Ep. Pauli ad Epheſios Πᾶς λόγος σαπρὸς, ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Lexicon Græco-Lat. vet. Σαπρὸς, Nugatorius, nugax, fœdus.

T. 101: *Deinde porrò.* CH. *deinde porrò, nolo quicquam prædices.*

SY. *Ego hercle, ſi eris moleſtus.* CH. *nam pudicum neminem*

Eſſe oportet, qui abs terra ad cœlum pervenerit.

SY. *Dimittam ut te velle video.*

Suſpectus hic mihi locus eſt ἀκυρολογίας, eumque ſic legendum puto.

---- CH. *deinde porrò nolo quemquam pædices.*

SY. *Ego hercle te, ſi eris moleſtus.* CH. *nam pudicum neminem, &c.*

Notat raptum Ganymedis.

V. 101. --CH. *eho an etiam vidiſti Iovem?*

SY. *Callicli iſſe ad villam aiebant ſervis depromptum cibum.*

Deinde porro.

Legendum *Charmidi iſſe ad villam.* quia ſe Charmidi fuiſſe ait comitē non Callicli, adquem ſe miſſum profitetur. Ita & Schopio viſum fuerat, & Acidalio item primò, Sed hic poſtea fecit. *Alij dij ad villam.*

Scena *Staſime fac te properè, v.* 4.

Cave ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent:

Si aberis ab heri quæſtione, ne deſtiteris currere.

Sic diſpunge ---*ne bubuli in te cottabi crebri crepent,*

Si aberis ab heri quæſtione. ne deſtiteris currere.

h, e, ne vapules, ſi forte abſueris cum te herus quæret.

V. 18. ST. *quid ego quod periit petam?*

Niſi etiam laborem ad damnum apponam apothecam inſuper.

Ita V. C. habet

Niſi etiam laborem addam, num apponam hypothecam inſuper?

V. 38. CH. *Hercle iſtis malam rem magnã. moribus dignum eſt dari,*

ST. *Nonne hoc publicè animum advorti? nam id genus hominum, hominibus Univerſis eſt advorſum, &c.*

Legó *Non in hos publicè animadvorti? nam &c.*

Queritur quod non publice puniantur corrupti mores. Gloſſ. vetus. Animadvertit, θάνατον ἐψηφίσατο, τιμωρεῖται.

V. 50. *Sed ego ſum inſipientior, qui rebus curem publicis.*

Potius quam id, quod proxumum eſt meo tergo, tutelam geram.

Diſpungo & lego ---- *qui rebus curam publicis,*

Potius quàm, id quod proxumum eſt, meo tergo tutelam geram,

Alluſio eſt inter curam & tutelam.

V. 70. *Cætera intus ocioſè præcuntabor quæ volo?*

V. C. *ocioſè percunctabor.*

Scena, *Hic homo eſt omnium. v. 3.*

Subſequitur, ita gaudiis gaudium ſuppeditat.

V. C. *ſuppetat*, lege, *ſuppetit*.

Scena *Neque fuit, neque erit*, v. 38.

Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi uxorem dari?

CH. *Spondeo.*

Lego ---*mihi uxorem dare?* h, e, daturum. Ita loqui amat.

V. 64. LE. *Numquid cauſſa eſt, quin uxorem cras domum ducam? CH. optimum 'ſt, licet. Tu in perendinum paratus ſis, ut ducas, plaudite,*

Illud *Numquid cauſa eſt*, tribuo Lyſiteli, aut, cum V. Codice, Callicli: Sic

CAL. *Numquid cauſa eſt, quin uxorem cras domum ducat? CH. optimum 'ſt, licet,* vel *optima 'ſt, licet.*

Vt prior verſus de Lesbonico intelligendus ſit, poſterior de Lyſitele, aut contra, de Lyſitele prior, poſterior de Lesbonico.

IN TRVCVLENTVM

ARgumento, v. 5.

Vi magna ſervus eſt, ac trucibus moribus,

Lupæ ne rapiant domini parſimoniam,

Malim, *Vi magna ſervus eit, ac trucibus moribus,*
Eit, it antiquè. *It ne rapiant*, hoc eſt occurrit, & conatur impedire quominus τὴν οὐσίαν heri ſui meretrix diripiat, atque ad ſe auferat,

Prologo, v. 4.

Quid nunc daturin' eſtis, an non? annuunt.
Meditor equidem vobis me ablaturum ſine
Mora. quid ſi de veſtro quippiam orem? abnuunt.
En me hercle, in vobis reſident mores priſtini,
Ad denegandum ut celeri lingua utamini.

V. C. *Quid nunc, daturin' eſtis an non. at nunc*
Meliorem quidem vobis me ablaturum ſine
Mora. quid ſi de veſtro quippiam orem abducere?
Me hercle, &c.

Sic coniicio.

Quid nunc daturin' eſtis an non? at nunc ee
Dico equidem vobis, em me ablaturum ſine
Morâ. quid ſi de veſtro quid orem abducere?
Hem me hercle, in vobis reſident mores priſtini,
Ad denegandum ut celeri linguâ utamini.

Prior verſus deſinit in ſpondeum ut multi alii in Cod. veteri. Certè nimis religioſos eſſe opinor, qui volunt ſenarios omnes apud Comicos, in iambum deſinere. Sua & hic illis, licentia eſt, ut σκάζοντας iambicis interſerant. Alioquin Legam

Quid nunc datur in' eſtis an non? abnuunt.
Dico equidem, &c.

In ſecundo verſu, *em*, eſt eam, ſcilicet *perparvam partem loci*. Gloſſarium vetus. im. αὐτὸν, εἰς αὐτόν. Item im, eum, τὸ, αὐτόν. Item, Imemo, Δηλβόν. Vbi lego, im, em, o, vel, im, em, om, τὸ, τὴν, τό. In lege decemvirali ubique poſitum, *im* pro eum cap. 1. *Si in ius vocat, nei it, antiſtator: igitur im capito: ſi caluitur pedemue ſtruit, manum endoiacito.* cap. 18. *Si volet ſuo vivito, nei ſuo vivit, qui im vinctum habebit libras farris in dies dato.* cap. 55. *Si nox furtum faxit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto.* cap. 98. *Aſt quoi auro denteis vincti, im cum illo ſepelire, urereve, ſe frude eſto.* Vide verſum 52. Scenæ *Quis illic eſt, qui tam proterve*, infra.

Scena *Ad fores auſcultate, v. 59.*

DI. *O Aſtaphium, haud iſtoc modo ſolita es me ante appellare.*

Sed

Sed blandè, cum illuc, quod apud vos nunc eſt, apud me haberem.

Ego huic verſui ſubiiciendum illum puto, qui a Priſciano citatur ex hac Comœdia

Bona perdidi, mala eperi, factus ſum extimus a vobis.

Extimus ab extra, h, e, alieniſſimus, excluſiſſimus.

Scena *Ha haha, hercle quievi*, v. 7.

Dum fuit dedit, nunc nihil habet, quod habebat nos habemus,

Iſte nunc id habet, quod nos habuimus, humanum facinus factu eſt

Lego ------*humanum facinus factum 'ſt.* Humanitus id contigit, ſubinde enim ita mutátur res humanæ. *Nunc id habet quod nos habuimus*, egeſtatem ſcilicet.

V. 12. *Si eget, neceſſe eſt nos patiatur ali, ita æquum factu eſt.*

Lego---- *æquum factum eſt*. *Æquum factum*, ut *bonum factum*, formulâ in edictis & S. Ctis poni conſuetâ. Aut ex V. C.

Neceſſe eſt nos pariter ditarier; æquum factum eſt. vel

Neceſſe eſt nos pati, ac ditarier: æquum factum eſt.

V. 13. *Piaculum eſt, miſereri nos hominum rei malegerentum.*

V. C.--- *hominum remmalè gerentium.*

V. 14 *Bonis eſſe oportet dentibus lenam probam, arridere*
Quiſquis veniat, blandéque alloqui; mala corde conſultare,
Benè loqui linguâ.

Lego, ---- *lenam probam, arrodere*
Quiſquis veniat, blandèq; alloqui, &c.

Vt ſint oppoſita *arrodere,& blandè alloqui. Mordre en riant.*

V. 17. *Quenquem hominem attigerit, profectò aut malum aut damnum dari.*

V. C.----- *hominem attingerit, pr.*

Veteres præteritum formabant a præſenti. Gloſſarium vetus. Profectò, δηλονότι, δηλαδή.

Scena *Quis illic eſt, qui tam protervè, v.* 20.

AS. *Dignis dane.* ST. *lavinia hic ſunt quas habes victorias?*

V. C. *Dignis dane. ST. lamiæ hic ſunt, quas aves victorias.*

Quaſi dicat, Operæ, in quibus hic victoriam quæris, lamiæ ſunt, quia ſcilicet devorant quos formę ſpecie in amorem pellexiſti. Notum quæ ſint lamiæ, nempe mulieres, aut potius dæmonum quædam phantaſmata quæ formoſarum mulierum ſpecie, pueros ac iuvenes blãditiis allectos

vorare credebantur. Vel ita diſtingue.

---- ST. *lamiæ hic ſunt. quot aves victorias?* *Hic ſunt*, nempe in concha muliebri, ubi manum ſervus admoverat, & quò ſe mulieres nolle libere attrectari ſimulant. Illud autem *quot aves victorias*, vel, *quot tu aves victorias*, eſt, quot operas veneris ſuſtinere poſſis, ut tuum avidum animum expleas. Avere, unde avidus, venereum eſt. Sic alibi, *virum hercle avet.*

Verſu ſubſequo

AS. *Ne attigas me?* ST. *tangam ne ego te?*
ita me amabit ſarculum,
Vt ego me ruri hamaxari mavelim patalem
bovem &c.

Lego, *Ne attigas me.* ST. *ne tangam ego te?*
ita me am.

V. 52. *Em tu es exungula, male vivitis, ego*
ne hæc muſſitem?

Alii aliter hæc immutant. Ego ſic non malè legi opinor,

Em tu es ſexungula. mala vivitis. ego ne
hæc muſſitem?

Em tu es, h, e, eam tu edis, rem ſcilicet heri mei, quæ ad vos exportatur. *mala vivitis*, h, e, malæ eſtis. Amphitr. Prol.

Virtute dixit vos victores vivere,
Non ambitione neque perfidia.

Sexungulam autem dicit, rapacem, quaſi ei ad tantam rapacitatem ſatis non ſint quinq;ungulæ, quinq;digiti in manu.
Scena *Num tibi nam, amabo, v.* 9,
------*hic ne hodie cœnas, ſalvus cum advenis?*
DI. *Promiſi. PH. ubi cœnabis tu? DI. ubi tu iuſſeris.*
Hic. PH. me lubente facies.
Melius V. C.
DI. Promi iube, cœnabo ubi tu iuſſeris.
PH. Hoc me lubente facies,
Vel, ---- *ubi tu iuſſeris:*
Hoc. PH. me lub. etc.
Promi iube ſcilicet cænam. Promere verbum eſt coquinarium, unde Promus Condus. *Hoc* autem antique eſt *huc*, Se ipſum Dinarchus invitat ad cœnam apud Phroneſium.
V. 29 *Verum tempeſtas memini cum quondam fuit,*
Cum inter nos ſorderemus unus alteri.
V. C. *Cum uter noſtrûm ſorderemus alteri.*
Melius fortè. *Cum uterque noſtrûm ſorderemus alteri,*
V. 31. *Sed quod ego facinus audivi adveniens tuum?*
Quod tu hic me abſente novi negotij geſſeris?
Cumq; benè proveniſti ſalva gaudeo.

PH. *Tibi mea conſilia ſumma ſemper credidi, &c.*

Scio quomodo illud interpretetur *cum benè provenisti,* Sed ſcibat Dinarchus, Phroneſium nunquam prægnantē fuiſſe, ideoque nec peperiſſe, quî igitur iam illi gratulatur de felici partu? V. C. Sic habet.

PH, *Cumq; benè prævenisti, ſanè gaudeo.*

Lego----*novi negotij geſſeris?*

PH. *Cum tu me prævenisti, ſanè gaudeo. Tibi mea conſilia, &c.*

Me prævenisti, rogando ſcilicet quid illud ſit quod me dicam filium peperiſſe.

Scena *Ne expectetis, ſpectatores,* v, 14.

Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica,
Quæ alios collaudare abſentes, ſeſe vero non poteſt.

Leguntalii ex V. C.

Quæ alios conlaudat eapſe ſe vero non poteſt.

Malim,

Quæ alios conlaudat abſentes, ſepſe vero non poteſt.

Abſentes, id eſt mortuos. Hoc enim Præficæ munus eſt. Gloſſarium vetus, Præfica, ἡ περὶ τοῦ κλίνης, ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη. Θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφοράν. Nævius. *Hæc quidem me her-*

cle, opinor, præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat.

Ita quoque *abiit* dicebant, pro mortuus eſt, & *abitionem* pro morte, & alia multa κατ' εὐφημίαν.

V. 28. A S' *Here, nudius quintus natus quidem ille eſt. ST. quid tum poſtea?*

Lego *Heræ nudius quintus natus quidem ille eſt.*

Heræ natus eſt, ut apud Terent. Andriâ.

.... *ſcitus puer natus eſt Pamphilo.*

Scena, *Ite, ite hac ſimul, v, 28.*

PH. *Grata acceptaque ecaſtor habeo, iube auferri intro, i, Cyame.*

Ecquid auditis hæc, quæ imperata ſunt? GE. ah nolo auferant,

Deſiccari lubet. PH. *impudens es mecaſtor,* GE. *tun' bona fide,*

Tu ne ais impudentem me eſſe, quæ ſis ſtabulum flagitij?

V. C. ---- *iube auferri intrò hæc ad me.*

Ecquid auditis? ecquæ tam imperat ſuis? GE, *nolo auferant,*

Defricari lubet. PH *impudens &c.*

Ecquæ tam imperat ſuis, h, e, An ulla eſt, quæ opus habeat toties iterare imperata ſervis ſuis? Ait autem Geta velle ſe *defricari*, h, e, demulceri, priuſquàm

dona quæ attulit domum auferantur. Sic Aſinaria, ait Leonida hero ſuo,

Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur.

Hinc & defricatè. Nævius apud Soſipatrũ

---facetè & defricatè hoc induxit.

Scena *Ego ne tibi maledicam. v. 31.*

---dî obſecro vostram fidem!

Vt facilius alia, quam ille unde eſt, puerum alienum parit!

Hæc, labore alieno, puerum peperit, ſine doloribus,

Lego

Vt facilius alia, quam illa unde eſt, puerum alienum parit!

Illa unde eſt, h, e, ex qua puer verè natus eſt. Facilius eſt ſuppoſititium puerum, quàm verum fœtum eniti. Ita & Pareus nuper edidit.

FINIS.

Hac errata, lector, ex hac chartulâ, reliqua per te ipſe benignè emendabis.

PAg. 26. lin. 21. κελεύσας, γυναικί, lege κελεύσας, ἀφῆκε, γυν. Pag. 42. lin. 2. *Mi gnitate* lege *Mi gnate*. Pag. 48. lin. 10. *bic bifar.* leg. *hîc bif.* pag. 52. lin 1. *cuput* leg *caput*. pag. 53. lin. 16, ιαχτὶ leg. ιαχθὴ. linea 21. γναστὸι lege ιαστὸι. pag. 54 lin. 23. *Corinthienſem Pirenem* lege *Corinthienſem fontem Pir*. pag 87. lin. 6. *Thalli* leg. *Thalle*, pag. 129. lin. 2. *iniun it*, lege *iniunxit*, linea 13 *adeo vino mend.* lege *adeò uno mend.* pag. 193 lin. 4. *pervorè faciã* lege *perverſè fac.* pag. 207. lin. 7. *Quis tu quicquid* leg. *Quin tu q.* pag. 218, lin. 11. *obſecro te &c* dele τὸ *&c*, pag. 235. lin. 12. *officiunt. obſtanque* lege *officiunt, obſtantque.*

Auctores in his animadverſionibus obiter citati.

A

Accius in Annalibus.
Acidalius,
Apuleius,
Ariſtophanes,
Athenæus,
D. Auguſtinus,
Aulus Gellius,
Auſonius.

C.

Camerarius.
M. Cælius.
Cælius Aurelianus,
Cato.
Catullus,
Ceſellius Vindex,
Chariſius.
Cicero,
Columella,
Cornelius Celſus,
Cornelius Tacitus,

D.

Deſiderius Herald᷒,
Diodorus,
Diomedes,
Donatus,
Douza Pater,
Douza Filius,

E

Elegia de Philomela,
Ennius,
Epigrammata Latina vet.
Epigrammata vetera Græca.
Etymologicum magnum,

F

Feſtus,

G

Galenus,
Gellius,
Gloſſariũ Philoxeni
Gloſſarium aliud perbreve,
Gloſſarium Græcolatinum.

Gloſſarium Argentorati editum
Gloſſæ veteres in Perſium,
Gloſſæ Iſidori,
Gruterus,
Gulielmius.

H

Heſychius,
Heinſius,
Hippocrates,
D. Hieronymus,
Homerus,
Horatius.

I

Ianus Gulielmius,
Ioſephus Scaliger,
Iſidorus,
Iuvenalis,

L

Lambinus,
Lex decem-viralis,
Lipſius,
Livius,
Lucilius
Lucretius,
Lycophron.

M

Mſſ. Langii,
Mſſ. Camerarii,
Martialis,
M. Cælius,
Mercurialis
Meurſius,
Muretus.

N

Nævius,
Nonius.

O

Ovidius.

P

Pacuvius,
Palmerius,
Pareus
Paſſeratius,
Piſtoris,
Perſius,
Plautus,
Plinius,
Plutarchus,
Polybius
Pomponius,
Pontanus,
Priſcianus,
Propertius,
Prudentius.

Q
Quintilianus,
R
Rittershuſius,
Rondeletius.
S
Salluſtius,
Sambuci Codex,
Scaliger,
Scholiaſtes Ariſtophanis,
Scholiaſtes Lycophronis,
Schopius,
Seneca,
Servius
Soſipater,
Suetonius,
Suidas.
T
Tacitus,
Taubmanus,
Terentius,
Titus Livius,
Turnebus:
V.
Varro,
Velleius,
Vetus exemplar Plauti,
Vetera Epigram. Lat.
Vetera Epigram. Græca.
Virgilius.
X
Xiphilinus,

A01 1H65164

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google

XXXI
A 3